753. k. 49. ~~465. d. 17. over last.~~

~~465. d. 17~~

from the Clarendon Press —

10006

# ACTUUM APOSTOLORUM

ET

# EPISTOLARUM

## TAM CATHOLICARUM QUAM PAULINARUM,

## VERSIO SYRIACA PHILOXENIANA,

EX

*CODICE MS. RIDLEIANO*

IN BIBL. COLL. NOV. OXON. REPOSITO

NUNC PRIMUM EDITA:

CUM

INTERPRETATIONE ET ANNOTATIONIBUS

JOSEPHI WHITE, S. T. P.

LING. HEBRAICÆ PROFESSORIS REGII, ARABICÆ PROFESSORIS LAUDIANI,
ET ÆDIS CHRISTI CANONICI.

TOMUS SECUNDUS,

EPISTOLAS PAULINAS

COMPLECTENS.

*OXONII:*

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCIII.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

# AD ROMANOS

## EPISTOLA PAULI APOSTOLI.

CAP. I.

1 PAULUS, ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſeparatus ad
2 Evangelium Dei, (Quod ante promiſerat per prophetas ſuos in
3 Scripturis Sanctis,) De Filio ſuo (qui factus eſt ex ſemine Davidis
4 ſecundum carnem : Qui definitus eſt Filius Dei in virtute, in ſpi-
ritu ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum) Jeſu Chriſto Do-
5 mino noſtro : (Per quem accepimus gratiam et apoſtolatum ad
6 obedientiam fidei inter omnes gentes, pro nomine ipſius : In qui-
7 bus eſtis et vos, vocati Jeſu Chriſti :) Omnibus qui ſunt Romæ,

dilecti Dei, vocati ſancti: gratia vobis et pax a Deo Patre noſtro, et Domino Jeſu Chriſto.

Primum quidem gratias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum pro omnibus vobis, quod fides veſtra annunciatur in toto mundo. Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſervio in ſpiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quod indeſinenter memoriam veſtri facio: Semper in precibus meis rogans, ſi quo modo tandem aliquando recta fiat mihi via per voluntatem Dei, venire ad vos. Valde deſidero enim videre vos, ut aliquid donum impartiar vobis ſpirituale, ut ſtabiliamini. Hoc autem eſt, ut conſolationem capiam in vobis, per fidem mutuam, et veſtram et meam. Non volo autem ut lateat vos, fratres, quod temporibus multis poſui ⁜ animo meo ↙ venire ad vos, (et prohi-

* τε δευρο

bitus fui uſque adhuc,) ut fructum aliquem haberem etiam in vobis,
14 ſicut et inter reliquas gentes. Græcis et Barbaris, et ſapientibus et
15 inſipientibus debitor ſum: Sic promptum eſt mihi, etiam vobis qui
16 Romæ *eſtis*, evangelizare. Non enim erubeſco Evangelium: virtus
enim Dei eſt, ad ſalutem omni credenti, et Judæo primum et
17 Gentili. Juſtitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem:
18 ſicut ſcriptum eſt; Juſtus autem ex fide mea vivet. Revelatur
enim ira Dei de cœlo adverſus omnem impietatem et iniquita-
19 tem hominum, qui veritatem in iniquitate detinent. Quia notitia
20 Dei manifeſta eſt in illis: Deus enim illis manifeſtavit. Invi-
ſibilia enim ipſius a creatione mundi operibus intellecta conſpi-

ciuntur, et illa ſempiterna virtus ejus et divinitas: ut ſint ſine excuſatione.

Quoniam quum noverint Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: ſed vani facti ſunt in cogitationibus ſuis, et obſcuratum eſt cor eorum inſipiens. Dicentes eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis hominis corruptibilis, et volucrum, et quadrupedum, et reptilium.

Propter hoc etiam tradidit eos Deus in concupiſcentias cordium ipſorum ad impuritatem, ut ignominia afficiantur corpora ſua inter ſe: Qui mutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et ſervierunt creaturæ præter Creatorem, qui eſt benedictus in ſecula.

1 [illegible] In margine MSti [illegible]

26 Amen. Propter hoc tradidit eos in paſſiones ignominiæ: fœminæ
enim eorum mutaverunt uſum naturalem in eum qui *eſt* præter
27 naturam. Similiter autem et maſculi, relinquentes uſum natura-
lem fœminæ, exarſerunt in concupiſcentia ſua alius in alium, maſ-
culi cum maſculis turpitudinem operantes, et compenſationem
28 mercedis, quæ juſta erat, erroris ſui in ſeipſis recipientes. Et ſicut
non probaverunt Deum habere in notitia; tradidit eos Deus in
29 mentem reprobam, facere ea quæ non conveniunt: Oppletos omni
iniquitate, ſcortatione, nequitia, avaritia, malitia: plenos invidia,
30 cæde, contentione, dolo, prava conſuetudine: Suſurrones, detracto-
res, odio habentes Deum, contumelioſos, ſuperbos, inflatos, inven-
31 tores malorum, parentibus inobedientes, Sine intelligentia, ſine

* πονηρια
* κακια
* κακοηθιας

fœdere, ſine charitate, ſine pace, immiſericordes. Qui quum juſti- 32
tiam Dei cognoviſſent, quod ii qui talia faciunt digni morte ſunt,
non ſolum ea faciunt, ſed etiam conſentiunt iis qui faciunt.

CAP. II. Propter hoc inexcuſabilis es, O homo, omnis qui judicas: quo enim 1
#judicio ✓ judicas alium, teipſum condemnas: eadem enim facis qui
condemnas. Scimus autem quod judicium Dei eſt ſecundum verita- 2
tem adverſus eos qui talia faciunt. Cogitas autem hoc, O homo, 3
omnis qui judicas eos qui talia faciunt, et facis ea, quod tu effugies
judicium Dei? Aut divitias benignitatis ejus, et patientiæ, et longani- 4
mitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad reſipiſcentiam te
adducit? Secundum autem duritiam tuam, et cor impœnitens, re- 5

ponis theſaurum tibi ipſi iram in diem iræ, et revelationis, et juſti
6 judicii Dei, Qui reddet unicuique ſecundum opera ipſius: Iis quidem
7 qui in perſeverantia operis boni, gloriam, et honorem et incorrup-
8 tibilitatem quærunt, vitam æternam: Iis autem qui ex contentione,
et qui non obediunt quidem veritati, obediunt autem iniquitati,
9 indignatio et ira. Afflictio et anguſtia in omnem animam hominis
10 qui operatur malum, et Judæi primum, et Gentilis. Gloria au-
tem, et honor, et pax omni qui operatur bonum, et Judæo primum
11 et Gentili: Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum.
12 Qui enim ſine lege peccaverunt, ſine lege etiam peribunt: et

In margine MSti

qui in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim au- 13
ditores legis juſti *ſunt* apud Deum, ſed factores legis juſtifica-
buntur. Quum enim gentes qui legem non habent, natura quæ 14
legis faciunt ; hi quum legem non habent, ſibi ipſis ſunt lex :
Qui oſtendunt opera legis ſcripta in cordibus ſuis, una teſtimonium 15
reddente conſcientia ipſorum, et inter ſe invicem cogitationibus ac-
cuſantibus, aut etiam excuſantibus, In die quum judicabit Deus 16
occulta hominum ſecundum Evangelium meum, per Jeſum Chriſ-
tum.

Ecce, tu Judæus cognominaris, et acquieſcis in lege, et gloriaris 17
in Deo ; Et noſti voluntatem, et probas præſtantiora, edoctus 18
ex lege ; Et confidis te ipſum ducem eſſe cæcorum, lumen eorum 19

20 qui *ſunt* in tenebris : Eruditorem deſipientium, magiſtrum in-
21 fantium, qui habes formam ſcientiæ et veritatis in lege. Qui
igitur doces alios, te ipſum non doces ? qui prædicas ut non
22 furentur, furaris ? Qui dicis ut non mœchentur, mœcharis ?
23 qui abominaris ſimulacra, ſpolias templum ? Qui in lege glo-
24 riaris, per tranſgreſſionem legis Deum ignominia afficis ? Nomen
enim Dei propter vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt.

25 Circumciſio quidem enim utilis *eſt*, ſi legem perficias, ſi autem
26 tranſgreſſor legis fueris, circumciſio tua præputium facta eſt. Si
igitur præputium juſtitias legis cuſtodiat ; nonne præputium ejus in
27 circumciſionem reputabitur ? Et judicabit *id* præputium quod ex
natura legem conſummans, te qui per literam et circumciſionem

transgrederis legem? Non enim qui in manifesto, Judæus est; ne- 28
que quæ in manifesto in carne, circumcisio: Sed qui in occulto, 29
Judæus: et circumcisio cordis, in spiritu, et non in litera: cujus
laus non ex hominibus, sed ex Deo.

CAP. III. Quæ est igitur præstantia Judæi? aut quæ est utilitas circum- 1
cisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem enim, 2
quia credita sunt *iis* eloquia Dei. Quid enim si non crediderunt 3
quidam? num incredulitas eorum fidem Dei irritam reddet? Ne 4
fiat. Esto autem Deus verus, omnis autem homo mendax, sicut
scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas quando
judicas. Si autem iniquitas nostra justitiam Dei stabiliat, quid 5
dicemus? num injustus est Deus qui infert iram? (tanquam homo

6 dico.) Ne ſit : alioquin quomodo judicabit Deus mundum ?
7 Si enim veritas Dei per mendacium meum abundavit in gloriam
8 ejus, cur amplius et ego tanquam peccator judicor ? Et non (ſicut blaſphemamur, et ſicut dicunt quidam ÷ contra nos ✓ quod dicimus,) Quia faciamus mala, ut veniant bona : quorum damnatio
9 in juſtitia eſt. Quid igitur ? † ⁂præ✓cellimus ? Ante criminati ſumus enim Judæos et Gentiles, quod omnes ſub peccato ſint.
10 Sicut ſcriptum eſt : Quod non eſt juſtus, neque unus. Non
11
12 eſt qui intelligit, non eſt qui quærit Deum. Omnes declinaverunt, ſimul perverſe egerunt : non eſt qui facit bonitatem, non eſt

1 ⁂] In margine MSti

† ⁂ præ✓cellimus] Lectio Marg. Præcellimus ? Non omnino : Ante criminati ſumus.

uſque ad unum. Sepulchrum apertum guttur eorum : linguis 13
ſuis doloſe agebant : venenum aſpidis ſub labiis eorum. Quorum 14
os maledictione et amarulentia plenum eſt. Veloces pedes eorum 15
ad effundendum ſanguinem. Contritio et miſeria in viis eorum. 16
Et viam pacis non cognoverunt. Non eſt timor Dei coram oculis 17 18
eorum. Scimus autem quod quæcunque lex dicit, iis qui *ſunt* 19
in lege loquitur : ut omne os obſtruatur, et ſub judicio ſit totus
mundus Deo. Propterea ex operibus legis non juſtificabitur ulla 20
caro † coram illo : per legem enim *eſt* cognitio peccati.

Nunc autem abſque lege juſtitia Dei manifeſta eſt, teſtificata a 21
lege et prophetis. Juſtitia autem Dei per fidem Jeſu Chriſti in 22

1 ܥܡܗ] In margine MSti ܠܘܬ (ܐܠܗܐ)
† coram illo] Lectio Marg. (coram) Deo.

23 omnes et ſuper omnes qui credunt: non enim eſt diſtinctio. Om-
24 nes enim peccaverunt, et egent gloria Dei: Juſtificati gratis per
25 gratiam ipſius, per redemptionem quæ *eſt* in Chriſto Jeſu. Quem
propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad
oſtenſionem juſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem peccatorum quæ
26 anteceſſerant, per tolerantiam Dei: Ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ,
in tempore quod nunc, ut ipſe ſit juſtus, et juſtificans eum qui ex
27 fide eſt Jeſu. Ubi eſt igitur gloriatio? excluſa eſt. Per quam
28 legem? operum? Non: ſed per legem fidei. Arbitramur igitur,
29 quod per fidem juſtificatur homo abſque operibus legis. An Ju-
dæorum eſt Deus ſolum? Nonne autem etiam gentium? Imo
30 etiam gentium. Quia unus eſt Deus qui juſtificabit circumci-

ſionem ex fide, et præputium per fidem. Legem igitur inutilem 31
reddimus per fidem? Ne ſit: ſed legem ſtabilimus.

CAP. IV. Quid igitur dicimus, quod Abrahamus pater noſter invenerit in 1
carne? Si enim Abrahamus ex operibus juſtificatus eſt, erat ei 2
gloriatio, ſed non apud Deum. Quid enim ſcriptura dicit? Cre- 3
didit autem Abrahamus Deo, et imputatum eſt ei ad juſtitiam.
Ei autem qui operatur, merces non imputatur tanquam ex gratia, 4
ſed tanquam ex debito. Ei autem qui non operatur, credit autem 5
in eum qui juſtificat impios, imputatur fides ſua ad juſtitiam. Si- 6
cut et David † dicit beatitudinem hominis cui Deus imputat juſti-
tiam ſine operibus: Beati illi quorum remiſſæ ſunt iniquitates, 7

† dicit beatitudinem] *Vid. Not.*

8 et quorum obtecta ſunt peccata. Beatus eſt vir cui non imputabit
9 Dominus peccatum. Beatitudo igitur hæc ſuper circumciſionem
eſt, an etiam ſuper præputium? dicimus enim quod imputata
10 eſt Abrahamo fides ad juſtitiam. Quomodo igitur imputata eſt?
quum in circumciſione eſſet, aut in præputio? non in circum-
11 ciſione, ſed in præputio: Et ſignum accepit circumciſionem,
† ſigillum [juſtitiæ] fidei quæ in præputio, ut eſſet pater omnium
illorum qui credunt per præputium, ut imputaretur etiam ipſis
12 ad juſtitiam: Et pater circumciſionis, non illis qui ex circum-
ciſione ſolum, ſed etiam iis qui incedunt in veſtigiis fidei præputii
13 patris noſtri Abrahami. Non enim per legem # facta fuit ✓ pro-
miſſio Abrahamo, aut ſemini ejus, ut hæres eſſet mundi, ſed per

† ſigillum [juſtitiæ] *Vid. Not.*

juſtitiam fidei. Si enim ii qui ex lege, hæredes *ſunt*, vana facta eſt 14
fides, et irrita facta eſt promiſſio. Lex enim iram efficit: ubi 15
† enim non eſt lex, nec etiam tranſgreſſio. Propter hoc ex fide, 16
tanquam ſecundum gratiam, ut ſit firma promiſſio ‡omni qui credit,
non ei qui ex lege ſolum, ſed etiam ei qui ex fide eſt Abrahami,
qui eſt pater omnium noſtrum: (Sicut ſcriptum eſt, Quia patrem 17
multarum gentium conſtitui te:) ante Deum, cui credidit, qui
vivificat mortuos, et vocat illa quæ non ſunt, tanquam ſint:
Qui contra ſpem in ſpem credidit, ut eſſet pater multarum 18
gentium, ſecundum id quod dictum eſt, ⸗ Quod ↙ ſic erit ſemen

1 ;ﻟﻬﻢ] In margine MSti ﻟﻪ؟
2 ﺑﺎﻟﻤﺼﻄﺢ؛] ﻭﺍ؛ﺣﺪ
† enim] Lectio Marg. Autem
‡ omni qui credit] (omni) Semini

tuum. Et non infirmatus fide, non conſideravit [*corpus*] ſuum
#jam ✓ emortuum, (quum quaſi filius centum annorum fere eſſet)
et mortificationem vulvæ Saræ. In autem promiſſionem Dei non
diſceptabat incredulitate, ſed corroboratus eſt fide, dans gloriam
Deo. Et plene perſuaſum habebat, quod quicquid promiſerat
Deus, potens eſt et facere: Propter hoc etiam imputatum eſt
illi ad juſtitiam. Non ſcriptum eſt autem propter ipſum ſolum,
quod imputatum eſt ei: Sed etiam propter nos, quibus futurum
eſt ut imputetur, credentibus in eum qui ſuſcitavit Jeſum Do-
minum noſtrum ex mortuis. Qui traditus fuit propter delicta
noſtra, et reſurrexit propter juſtificationem noſtram.

Cap. V. ܙ ܐܢ ܕܙܕܝܩ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܠܡ ܢܗܘܐ ܠܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܒܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ׀ 1
ܕܒܗ ܐܦ ܩܪܒܢܐ ܐܝܬ ܠܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܠܬܘܒ ܗܕܐ ܕܒܗ ܩܝܡ ܐܢܚܢ ܘܫܒܚ ܐܢܚܢ 2
ܥܠ ܣܒܪ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ ׃ ܘܠܐ ܗܟܢܐ ܒܠܚܘܕ ܐܠܐ ܐܦ ܒܫܘܒܚܐ ܐܢܚܢ 3
ܕܒܫܘܒܚܐ ܕܝܕܥܝܢ ܕܫܘܒܚܐ ܡܥܒܕ ܣܒܪ ׃ ܘܣܒܪ ܡܫܚܐ ׃ ܘܫܒܪ ܡܫܚܐ 4
ܡܫܝܚ ׃ ܘܣܒܪ ܡܫܚܐ ׃ ܠܐ ܡܒܗܬ ׃ ܡܛܠ ܕܚܘܒܬܐ ܕܐܠܗܐ ׃ 5
ܐܬܝܗܒ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ׃ ܒܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ׃ ܕܐܬܝܗܒ ܠܢ ׃ ܡܛܠ ܡܫܝܚܐ 6
ܡܝܬ ׃ ܒܙܒܢ ܕܥܕܢ ܐܝܬ ܠܢ ܐܢܫ ׃ ܡܛܠ ܕܙܕܝܩ ׃ ܡܝܬ ׃ ܒܙܒܢ ܕܥܕܢ 7
ܐܝܬ ܠܢ ܐܢܫ ׃ ܡܛܠ ܕܛܒ ׃ ܐܦ ܕܡ ܕܙܕܝܩ ׃ ܡܝܬ ׃

Cap. V. Juſtificati † igitur ex fide, pacem habemus erga Deum per 1
Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Per quem etiam acceſſum 2
habuimus per fidem in gratiam hanc in qua ſtetimus, et gloriamur
ſuper ſpe gloriæ Dei. Non ſolum autem, ſed etiam gloriamur 3
in afflictionibus, ſcientes quod afflictio patientiam efficiat: Pati- 4
entia autem probationem: probatio autem ſpem: Spes autem 5
non pudefacit, quia charitas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris per
Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis. Chriſtus enim, quum adhuc 6
eſſemus infirmi, adhuc ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt.
Vix enim pro juſto quiſpiam moriatur: pro enim bono fortaſſis 7

1 ܐܠܗܐ] In margine MSti ܐ?
† igitur] Lectio Marg. Autem

8 quis etiam audeat mori. Confirmat autem etiam charitatem ſuam
Deus in nobis, quoniam quum adhuc peccatores eſſemus, recon-
ciliati ſumus Deo per mortem Filii ipſius. Chriſtus pro nobis
9 mortuus eſt. Multo igitur magis, juſtificati nunc per ſanguinem
10 ipſius, ſervabimur per eum ab ira. Si enim quum inimici eſſemus,
reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconci-
11 liati ſervabimur per vitam ipſius. Non ſolum autem, ſed etiam
gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per
quem nunc reconciliationem accepimus.

12 Propter hoc ſicut per unum hominem peccatum in mundum
intravit, et per peccatum mors, et ita ⁜ mors ✓ in omnes homines
13 tranſiit, eo quod omnes peccaverunt. Uſque enim ad legem pec-

catum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, quum
non erat lex. Sed regnavit mors ab Adamo uſque ad Moſen, 14
etiam in eos qui non peccaverunt in ſimilitudine tranſgreſſionis
Adami, qui eſt typus illius qui futurus erat. Sed non ſicut lapſus, 15
ita etiam donum: ſi enim lapſu unius multi mortui ſunt, multo
magis gratia Dei et donatio, per gratiam unius hominis Jeſu Chriſti,
in multos abundavit. Et non ſicut per unum peccantem, donatio: 16
judicium quidem * enim ✓ ex uno ad condemnationem, donum
autem ex delictis multis ad juſtificationem. Si enim delicto unius 17
mors regnavit per unum, multo magis ii qui abundantiam gratiæ
et donationis et juſtitiæ accipiunt, in vita regnabunt per unum
Jeſum Chriſtum. Nempe igitur, ſicut per unum delictum omnes 18

homines ad condemnationem : ſic etiam per unam juſtificationem
19 in omnes homines ad juſtificationem vitæ. Sicut enim per inobe-
dientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi : ita etiam
20 per obedientiam unius juſti conſtituentur multi. Lex autem introiit
⁜ in medio ↙, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit pec-
21 catum, ſuperabundavit gratia : Ut quemadmodum regnaverat pec-
catum in mortem, ita etiam gratia regnaret per juſtitiam in vitam
æternam, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

CAP. VI.

1 Quid igitur dicemus ? Permanebimus in peccato, ut gratia
2 abundet ? Ne ſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo
3 rurſus vivemus in eo ? Aut ignoratis, fratres mei, quod omnes
nos ⁜ qui ↙ baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in mortem ipſius

baptizati ſumus ? Sepulti ſumus cum eo igitur per baptiſmum 4
ad mortem : ut ſicut ſurrexit Chriſtus ex mortuis per gloriam Pa-
tris, ita etiam nos in novitate vitæ ambulemus. Si igitur una plan- 5
tati ſumus ad ſimilitudinem mortis ejus, ſed et reſurrectionis eri-
mus. Hoc ſcientes, quod homo noſter vetus crucifixus eſt cum 6
eo, ut aboleatur corpus peccati, ut non amplius ſerviremus pec-
cato : Qui enim mortuus eſt, juſtificatus eſt a peccato. Si autem 7
mortui ſumus cum Chriſto, credimus quod etiam cum eo vive- 8
mus : Scientes quod Chriſtus ſurrexit a mortuis, ÷et↙ non amplius 9
morietur : mors ei non amplius dominabitur. Quod enim mortuus 10
eſt, peccato mortuus eſt ſemel : quod autem vivit, Deo vivit. Ita 11

1 ]ܡܪܢ In margine MSti κυριευει ܡܫܠܛ

etiam vos reputate voſipſos, quod mortui quidem ſitis peccato, vivatis autem Deo per Chriſtum Jeſum.

12 Ne igitur regnet peccatum in corpore veſtro mortali, ut obe-
13 diatis ei in cupiditatibus ejus. Neque autem ſiſtite membra veſtra arma iniquitatis ad peccatum: ſed ſiſtite voſipſos Deo, tanquam ex mortuis revixiſtis, et membra veſtra arma juſtitiæ
14 Deo. Peccatum enim in vos non regnabit: non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.

15 Quid igitur? Peccabimus, quia non ſumus ſub lege, ſed ſub
16 gratia? Abſit. Neſcitis vos, quod cui ſiſtitis voſipſos ſervos ad obedientiam, ſervi eſtis ejus cui obeditis, ſive peccati ad mortem, ſive

obedientiæ ad juſtitiam ? Gratia autem Deo, quod fuiſtis ſervi pec- 17
cati, obediſtis autem ex corde formæ doctrinæ cui traditi eſtis. Quum 18
liberi facti ſitis autem a peccato, ſervi facti eſtis juſtitiæ. Humane 19
loquor, propter infirmitatem carnis veſtræ : ſicut enim ſtitiſtis mem-
bra veſtra ſerva impuritati et iniquitati, ad iniquitatem : ita #nunc↙
ſiſtite membra veſtra ſerva juſtitiæ in ſanctificationem. Quum 20
enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ. Quem igitur fruc- 21
tum habebatis tunc in iis in quibus nunc erubeſcitis ? finis quidem
enim illorum mors *eſt*. Nunc autem quod liberi facti eſtis a pec- 22
cato, ſervi facti eſtis autem Deo, habetis fructum veſtrum in ſancti-
ficationem, finem autem vitam æternam. Stipendia enim pec- 23

cati mors: donum autem Dei vita æterna in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

1 Aut ignoratis, fratres mei, (ſcientibus enim legem loquor,) quod CAP. VII.
2 lex dominetur in hominem quamdiu vivit? Mulier enim quæ ſub-jecta *eſt* viro, viro ſuo viventi devincta eſt per legem:
3 ſi autem mortuus fuerit vir, ſoluta eſt a lege viri. Proinde igitur dum vivit vir, adultera vocabitur, ſi fuerit viro alii: ſi autem mortuus fuerit vir, libera facta eſt a lege, ut non ſit adultera quum ſit
4 viro alii. Itaque, fratres mei, etiam vos mortui eſtis legi per corpus Chriſti, ut ſitis alteri, ei qui ex mortuis ſurrexit, ut feramus
5 fructus Deo. Quum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum,

quæ per legem *erant*, operabantur in membris noſtris, ad fructum
ferendum morti. Nunc autem ſoluti ſumus a lege, mortui in 6
eo quo detinebamur, ut ſerviamus in novitate ſpiritus, et non in
vetuſtate literæ.

Quid igitur dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum 7
non cognovi, niſi per legem; concupiſcentiam enim non ſciebam,
niſi lex dixiſſet, Non concupiſces. Occaſionem autem accipiens 8
peccatum per mandatum, effecit in me omnem concupiſcentiam:
ſine enim lege peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam 9
abſque lege quondam: quum venit autem mandatum, peccatum
revixit. Ego autem mortuus ſum: et inventum eſt mihi man- 10
datum, quod ad vitam, hoc ad mortem. Peccatum enim accipiens 11

occaſionem per mandatum, ſeduxit me, et per illud occidit me.
12 Itaque quidem lex ſancta eſt: et mandatum ſanctum, et juſtum,
13 et bonum. Bonum ergo mihi factum eſt mors? Abſit: ſed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi efficit mortem;
14 ut fiat ſuper modum peccans peccatum per mandatum. † Scimus enim quod lex ſpiritualis ſit:
15 Ego autem carnalis ſum, venditus ſub peccato. Quod enim facio, non agnoſco: non enim quod volo, hoc ago, ſed quod odi,
16 hoc facio. Si autem quod nolo, hoc facio, conſentio legi quod
17 bona eſt. Nunc autem non amplius ego operor illud, ſed peccatum

1 [ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ] In margine MSti ⲙⲡⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ

2 [ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ] ⲇⲉ (ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ)

† Scimus enim] Lectio Marg. (Scimus) Autem.

quod habitat in me. Novi enim quod non habitat in me, hoc eſt 18
autem in carne mea, bonum: velle enim adeſt mihi, perficere au-
tem ipſum bonum, non invenio. Non enim quod volo hoc facio 19
bonum: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, 20
ego hoc facio, non amplius ego operor illud, ſed peccatum quod
habitat in me. Invenio igitur legem, mihi volenti facere bonum, 21
quod mihi malum propinquum eſt. Delector enim lege Dei in 22
homine interiore. Video autem aliam legem in membris meis 23
belligerantem adverſus legem mentis meæ, et captivum reddentem
me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo, quis 24
liberabit me a corpore hoc mortis? Gratias ago Deo per Jeſum 25

1 ا] ܐ ܕܒܥܘܬ ܐ In margine MSti ܐ ܕܒܥܘܬ ܐ ܕܚܛܝܬܐ ܐ ܕܒܥܘܬ ܐ
2 ܒܥܝ] ܒܥܘ

Christum Dominum nostrum. Nempe igitur ipse ego servio mente
quidem legi Dei, carne autem legi peccati.

1 Nulla igitur nunc condemnatio iis qui in Christo Jesu, non se- CAP. VIII.
2 cundum carnem ambulantibus, sed secundum spiritum. Lex enim
spiritûs vitæ, quæ in Christo Jesu, liberavit me a lege peccati
3 et mortis. Impossibile enim legis, in quo infirmabatur per car-
nem, Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati,
4 et de peccato, † condemnavit peccatum [*in carne*]: Ut justitia legis
impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed
5 secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ car-

1 [ابو حسنا:] In margine MSti اخده بح ابو سقا ٧٥تحما ابو حسنا.
ابو حسنا: ٧٥ابو وحدا ٧٥حما
حسنا:
حسنا:

† condemnavit peccatum] *Vid. Not.*

nis cogitant: qui autem [*ſecundum ſpiritum,*] quæ ſpiritûs. Cogi- 6
tatio enim carnis, mors *eſt*: cogitatio autem ſpiritûs, vita et pax.
Quia cogitatio carnis inimicitia ÷ eſt ✓ Deo: legi enim Dei non 7
ſubjicitur; nec enim poteſt. Qui enim in carne ſunt, Deo pla- 8
cere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, 9
ſi ſit quod Spiritus Dei habitat in vobis: ſi autem quis ſpiritum
Chriſti non habet, hic non eſt ejus. Si autem Chriſtus in vobis *eſt*, 10
corpus quidem mortuum *eſt* propter peccatum, ſpiritus autem vita
propter juſtitiam. Si autem ſpiritus illius qui ſuſcitavit Jeſum 11
ex mortuis † habitat in vobis, is qui ſuſcitavit Chriſtum ex mor-

1 ÷ In margine MSti
† habitat in vobis] *Vid. Not.*

tuis, vivificabit etiam corpora mortalia veſtra per ſpiritum ejus qui
12 habitat in vobis. Nempe igitur, fratres mei, debitores ſumus non
13 carni, ut ſecundum carnem vivamus. Si enim ſecundum carnem vivatis, futuri eſtis mori: ſi autem ſpiritu actiones corporis mortificetis, vivetis.
14 Qui enim ſpiritu Dei ducuntur, hi ſunt filii Dei.
15 Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum ad timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, per quem clamamus, Abba,
16 Pater. Ipſe Spiritus teſtatur cum ſpiritu noſtro, quod ſumus filii
17 Dei. Si autem filii, etiam hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi ſit quod patimur cum eo, ut etiam cum eo glorificemur.

18 Exiſtimo enim, quod non dignæ paſſiones temporis nunc ad

1 [illegible] *Vid. Not.*

gloriam futuram revelari in nobis. Expectatio enim creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubjecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubjecit eam in ſpe. Quia etiam ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura una ſuſpirat, et una parturit uſque nunc. Non ſolum autem: ſed etiam nos qui primitias ſpiritus habemus, etiam ipſi nos in nobis ſuſpiramus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſervati ſumus. Spes autem viſa, non eſt ſpes: quod enim vidit quis, cur etiam expectat? Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus. Similiter autem et ſpiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris: quid enim oremus quem-

admodum oportet, neſcimus; ſed ipſe ſpiritus intercedit pro nobis
27 gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, novit quæ
eſt intentio ſpiritus, quia ſecundum Deum intercedit pro ſanctis.
28 Scimus autem quod iis qui diligunt Deum omnia auxiliantur ad
29 bonum, iis qui ſecundum voluntatem vocati ſunt. Nam quos
præſcivit, etiam prædeſtinavit conformes imaginis Filii ſui, ut ſit
30 primogenitus in multis fratribus: Quos autem prædeſtinavit, eos
etiam vocavit; et quos vocavit, eos autem juſtificavit; quos autem
31 juſtificavit, eos etiam glorificavit. Quid igitur dicemus ad hæc?
32 Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui igitur Filio ſuo non
pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam

1 [illegible] In margine MSti [illegible]

cum eo omnia donabit nobis ? Quis culpabit [*electos*] Dei ? Deus 33
÷ eſt ✓ qui juſtificat. Quis eſt qui condemnat ? Chriſtus qui 34
mortuus eſt, magis autem et ſurrexit : qui etiam eſt ad dexteram
Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ſeparabit nos a chari- 35
tate Chriſti ? Afflictio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an
nuditas, an periculum, an gladius ? Sicut ſcriptum eſt, Propter te 36
morimur totam diem : reputati ſumus ſicut oves mactationis. Sed 37
in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos. Perſuaſus ſum 38
enim, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principa-
tus, ⁜ neque poteſtates, ✓ neque præſentia, neque futura, Neque vir- 39
tutes, neque altitudo, neque profunditas, neque creatura alia poterit
ſeparare nos a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

1 Veritatem dico in Chriſto, non mentior, ſimul atteſtante mihi CAP. IX.
2 conſcientia mea in Spiritu Sancto; Quod triſtitia mihi eſt magna,
3 et dolor ſine intermiſſione cordi meo. Optabam enim ut ana-
thema eſſem ipſe ego a Chriſto pro fratribus meis, qui *ſunt* cognati
4 mei ſecundum carnem: Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio fili-
orum, et gloria, et teſtamenta, et conſtitutio legis, et cultus, et
5 promiſſiones: Quorum patres, et ex quibus Chriſtus, quod ad car-
nem, qui eſt ſupra omnes Deus benedictus in ſecula. Amen.

6 Non ſicut autem quod exciderit ſermo Dei: non enim om-
7 nes qui ex Iſraele, hi Iſraelitæ *ſunt*. Neque autem quia ſunt
ſemen Abrahami, omnes filii *ſunt:* ſed in Iſaaco vocabitur tibi
8 ſemen. Hoc eſt autem, non filii carnis, ii filii Dei: ſed filii pro-

missionis reputantur pro ſemine. Promiſſionis eſt enim ſermo 9
hic: Hoc tempore veniam ∓ ad te,✓ et erit Saræ filius. Non 10
ſolum autem, ſed etiam Rebecca, quum ex uno, Iſaaco patre noſtro,
habuiſſet concubitum. Quum non enim adhuc nati eſſent, neque 11
feciſſent quid bonum aut malum, ut ſecundum electionem vo-
luntas Dei maneret, non ex operibus, ſed ex eo qui vocat, † Dic- 12
tum eſt ei, Quia major ſerviet minori: Sicut ſcriptum eſt, Jacobum 13
dilexi, Eſavum autem odio habui.

Quid igitur dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Abſit. 14
Moſi enim dicit, Miſerebor ejus cujus miſertus fuero, et gratiam 15
præſtabo illi cui gratioſus futurus ſum. Nempe igitur non volentis, 16

1 ح إعز] In margine MSti (ح) ـمر (إعز)
† dictum eſt ei] Lectio Marg. (dictum eſt) Enim (ei).

17 neque currentis, ſed Dei miſerentis. Dicit enim ſcriptura Pha-
raoni, Ad hoc ipſum excitavi te, ut oſtenderem in te potentiam
18 meam, et ut innoteſceret nomen meum in tota terra. Nempe
19 igitur cujus vult miſeretur, quem autem vult indurat. Dices
mihi igitur, Quid adhuc conqueritur? contra enim voluntatem
20 ejus quis ſtat? Imo vero, O homo, tu quis es qui reſpondes contra
Deum? Num dicet maſſa ei qui finxit eam, Cur feciſti me ſic?
21 Aut non habet poteſtatem figulus in lutum, ut ex eadem maſſa
22 faciat hoc quidem vas ad honorem, hoc autem ad dedecus? Si
autem volens Deus oſtendere iram, et notam facere potentiam
ſuam, pertulit in longanimitate magnâ vaſa iræ perfecta ad inte-
23 ritum: Et ut notas faceret divitias gloriæ ſuæ ſuper vaſa miſe-

ricordiæ, quæ præparavit ad gloriam ⁂ noſtram ✓: Quos et vo- 24
cavit nos, non ſolum ex Judæis, ſed etiam ex gentibus? Sicut 25
et in Hoſea dicit, Vocabo non populum meum, populum meum;
et non dilectam, dilectam. Et erit in loco ubi dictum fuerat iis, 26
Quod non populus meus eſtis, illic vocabuntur filii Dei viventis.
Eſaias autem clamat pro Iſraele, Si fuerit numerus filiorum Iſraelis 27
tanquam arena maris, reſiduum ſervabitur. Verbum enim con- 28
ſummans, et concidens in juſtitia: quia verbum conciſum faciet
Dominus in terra. Et ſicut prædixit Eſaias, Niſi Dominus Sa- 29
baoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti fuiſſemus, et ſicut
Gomorra ſimiles eſſemus.

Quid igitur dicemus? Quod gentes quæ non ſectabantur juſti- 30

31 tiam, affequutæ ſunt juſtitiam, juſtitiam quæ ex fide: Iſrael au-
tem qui ſectabatur legem juſtitiæ, legem juſtitiæ non affequutus
32 eſt. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus legis: impe-
33 gerunt enim in lapidem offenſionis. Sicut ſcriptum eſt; Ecce pono
in Sion lapidem offenſionis, et petram ſcandali: et omnis qui cre-
diderit in eum, non pudefiet.

1 Fratres mei, voluntas quidem cordis mei, et obſecratio ad Deum CAP. X.
2 pro illis eſt ad ſalutem. Teſtor enim iis, quod zelum Dei habent,
3 ſed non in notitia. Ignorantes enim juſtitiam Dei, et juſtitiam
4 ſuam quærentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſubjecti ſunt. † Finis
5 enim legis Chriſtus ∓ eſt ✓ ad juſtitiam omni credenti. Moſes

1 [ ] In margine MSti ( )
† Finis enim] Lectio Marg. (Finis) Autem.

enim deſcribit juſtitiam quæ *eſt* ex lege: Quod homo qui fecerit ea,
vivet in iis. Juſtitia autem quæ ex fide ita dicit: Ne dixeris 6
in corde tuo, Quis aſcendet in cœlum? hoc eſt autem, Chriſtum
deducere: Aut, Quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt autem, Chriſ- 7
tum ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Prope eſt te verbum, in 8
ore tuo, et in corde: hoc eſt autem, verbum fidei quod prædi-
camus. Quia ſi confeſſus fueris ore tuo Dominum Jeſum, et 9
credideris corde tuo, quod Deus excitavit eum ex mortuis, ſer-
vaberis. Corde enim creditur ad juſtitiam: ore autem confeſſio 10
fit ad ſalutem. Dixit enim ſcriptura, Omnis credens in eum, 11
non pudefiet. Non enim eſt diſtinctio Judæi et Gentilis: idem 12
enim Dominus omnium, dives in omnes qui invocant eum. Omnis 13
enim qui invocaverit nomen Domini, ſervabitur. Quomodo igitur 14

invocabunt eum in quem non crediderunt? quomodo autem credent ei, de quo non audierunt? quomodo autem audient abſque
15 prædicante? Quomodo autem prædicabunt, ſi non mittantur? ſicut ſcriptum eſt, Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem,
16 evangelizantium bona! Sed non omnes obedierunt Evangelio. Eſaias
17 enim dixit; Domine, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex
18 auditu: auditus autem per verbum Dei. Sed dico: Annon audierunt? Et ecce quidem igitur, in omnem terram exivit vox eorum,
19 et in fines habitatæ *terræ* verba eorum. Sed dico: Annon novit Iſrael? Primus Moſes dicit; Ego ad æmulationem provocabo vos in non gentem, ⊽ et ↙ in gentem inſipientem ad iram commovebo vos.
20 Eſaias ⁜ autem ↙ audet, et dicit; Inventus ſum ab illis qui me non

quærebant: manifeſtus ſum illis qui de me non interrogabant.
Ad Iſraelem autem dicit, Tota die expandi manus meas ad popu- 21
lum contumacem et contentioſum.

CAP. XI. Dico igitur, Num depulit Deus populum ſuum? Abſit. Nam 1
enim ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahami, ex tribu Benjamin.
Non depulit Deus populum ſuum, quem præſciverat. Aut neſcitis 2
in Elia quid dicit ſcriptura, quum clamaret ad Deum adverſus
Iſraelem? Domine, prophetas tuos occiderunt, et altaria tua ſuffo- 3
derunt, et ego relictus ſum ſolus, et quærunt animam meam. Sed 4
quid dicit ei revelatio? Reliqui mihi ſeptem millia virorum qui
non flexerunt genua Baal. Sic ⁜ ergo ↙ etiam tempore nunc, reſi- 5

1 [حكم لا صفاحكم] In margine MSti (لا صفاحكم) حكم

6 duum ſecundum electionem gratiæ factum eſt. Si autem per gratiam, non jam ex operibus: alioquin gratia non jam eſt gratia. Si autem ex operibus, non jam eſt gratia: alioquin opus non jam eſt
7 opus. Quid igitur? Quod quærebat Iſrael, hoc non invenit: electio autem invenit: reliqui autem excæcati ſunt, Sicut ſcriptum eſt;
8 Dedit iis Deus ſpiritum compunctionis: oculos ut non videant, et
9 aures ut non audiant, uſque in diem hodiernum. Et David dicit, Sit menſa eorum in laqueum, et in captionem, et in offendiculum,
10 et in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum, ut non videant; et dorſum eorum ſemper incurva.

11 Dico igitur, Numquid impegerunt ut caderent? Abſit: ſed per lapſum eorum ſalus gentibus, ut ad æmulationem provocaret eos.

Si autem lapſus eorum divitiæ mundi, diminutio eorum divitiæ 12
gentium ; quanto magis plenitudo eorum ? Vobis autem dico gen- 13
tibus, quatenus quidem ſum ego Apoſtolus gentium, miniſterium
meum glorifico ; Si forte ad æmulationem provocem carnem meam, 14
et ſalvos faciam aliquos ex iis. Si enim abjectio eorum reconciliatio 15
mundi, quæ erit receptio eorum, niſi vita ex mortuis ? Si autem 16
primitiæ ſanctæ ⸗ ſunt ↙, etiam maſſa ; et ſi radix ſancta ⸗ eſt ↙,
etiam rami. Si autem nonnulli ex ramis amputati ſunt, tu autem 17
qui oleaſter ſylveſtris es, inſitus es in illis, et æqualis in participati-
one radicis et pinguedinis oleæ factus es ; Ne glorieris adverſus 18
ramos : ſi autem glorieris, non tu radicem portas, ſed radix te.
Dices igitur, Amputati ſunt rami, ut ego inferar : Bene ; increduli- 19 20

21 tate amputati ſunt, tu autem fide ſtas: ne alta ſapias, ſed time: Si
enim Deus ramis, qui in natura *ſunt*, non pepercit, forte etiam non
22 tibi parcet. Vide igitur benignitatem et ſeveritatem Dei: in eos
quidem qui ceciderunt, ſeveritatem; in te autem benignitatem, ſi
permanſeris in benignitate: alioquin etiam tu amputaberis.
23 Etiam illi autem, ſi non permanſerint in incredulitate, inſeren-
24 tur: potens enim eſt Deus rurſum inſerere eos. Si enim tu ex ea,
quæ in natura olea ſylveſtris, amputatus es, et contra naturam inſi-
tus es in oleam bonam, quanto magis ii qui in natura, inſerentur in
25 oleam ſuam? Nolo enim, fratres mei, ut ignoretis myſterium hoc,
(ut non ſitis ſapientes apud voſipſos,) quod cæcitas ex parte Iſraeli
26 fuit, donec plenitudo gentium introierit. Et ita univerſus Iſrael

ſervabitur, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion liberator, et avertet
impietates a Jacob. Et hoc illis teſtamentum quod a me, quum 27
abſtulero peccata eorum. Secundum quidem Evangelium, inimici 28
*ſunt* propter vos: ſecundum electionem, dilecti ſunt propter patres.
Impœnitibilia enim ∓ ſunt ↙ dona et vocatio Dei. Sicut enim et 29
vos inobedientes fuiſtis quondam Deo, nunc autem gratiam conſe- 30
quuti eſtis inobedientiâ illorum. † Sicut et illi nunc inobedientes 31
ſunt miſericordiæ veſtræ, ut etiam ipſi miſericordiam conſequantur.
Concluſit Deus omnem hominem in inobedientiam, ut omnis ho- 32
minis miſereatur.

O profunditas divitiarum, et ſapientiæ, et ſcientiæ Dei! quam 33

1 ]حصا ه| حدم  In margine MSti  حدم (ه| حصا)

2 ]حصا  ωs—اسو

† Sicut et illi]  Lectio Marg.  (Sicut et) Ipſi.

34 inſcrutabilia *ſunt* judicia ejus, et imperveſtigabiles viæ ejus! Quis
35 enim novit mentem Domini? aut quis eſt conſiliarius ejus? Aut
36 quis prius dedit illi, et reddetur ei? Quoniam ex eo, et per eum,
et in eo omnia: ipſi gloria in ſecula. Amen.

CAP. XII.

1 Adhortor igitur vos, fratres mei, per miſerationes Dei, ut ſiſtatis
corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, placentem Deo, cultum
2 rationalem veſtrum. Et ne configuremini ſeculo huic: ſed mute-
mini per renovationem mentis veſtræ, ut probetis quæ ſit voluntas
3 Dei bona, et bene placens, et perfecta. Dico enim per gratiam Dei
quæ data *eſt* mihi, cuivis qui eſt inter vos, ut non ſupra cogitet præ-
ter quod oportet cogitare: ſed cogitet ad ſobrium eſſe, unicuique

sicut Deus partitus est mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore 4
membra multa habemus, membra autem omnia non eandem actio-
nem habent : Ita nos multi, unum corpus sumus in Christo : sin- 5
guli autem ex nobis membra alii aliorum. Habentes autem dona 6
diversa, juxta gratiam quæ data *est* nobis, sive prophetiam, juxta
mensuram fidei ; Sive ministerium, in ministerio ; sive is qui docet, 7
in doctrina ; Sive is qui hortatur, in exhortatione ; is qui distribuit, 8
in simplicitate : is qui præest, in diligentia ; is qui miseretur, in
hilaritate. Charitas sine simulatione : odio habentes malum : ad- 9
hærentes autem bono : Charitate fraternitatis invicem diligentes 10
amore : honore alii alios præeuntes : Solicitudine non ignavi : spi- 11

1 ܕܚܕ̈ܐ] In margine MSti ܕܚܕ̈ܐ ܗܘ ܕܡܬܟ̈ܬܒ ܒܟ̈ܠ ܫܘܪ̈ܐ ܘܒܟ̈ܠ ܡܨ̈ܚ̈ܦ̈ܐ

12 ritu ferventes: Domino ſervientes: Spe gaudentes: in afflictione
13 tolerantes: in oratione perdurantes: Neceſſitatibus ſanctorum
14 communicantes: hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite iis qui per-
15 ſequuntur vos: benedicite, et ne maledicite. Gaudete cum gau-
16 dentibus; flete cum flentibus. Idipſum in invicem ſentite: ne
alta cogitetis, ſed humilibus adhærete. Ne eſtote prudentes apud
17 voſmetipſos. Nulli malum pro malo rependatis: cura ſit vobis
18 de honeſtis coram omnibus hominibus. Si poſſibile, ſecundum
19 quod ex vobis, cum omnibus hominibus pacem habete: Non
ulciſcentes voſipſos, dilecti, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim,
20 Mihi vindicta; ⸗et ↙ ego rependam, dicit Dominus. Si igitur
eſurierit inimicus tuus, ciba eum; ſi autem ſitierit, da potum

ei : hoc enim ſi feceris, carbones ignis congeres ſuper caput ejus.
Ne vincitor a malo, ſed vince malum in bono. 21

CAP. XIII. Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit : non 1
enim eſt poteſtas niſi a Deo : quæ autem ſunt poteſtates a Deo
ſunt ordinatæ. Itaque qui reſiſtit poteſtati, mandato Dei reſiſtit : 2
illi autem qui reſiſtunt, ſibi ipſis judicium accipient. Magiſtratus 3
enim non ſunt timori operibus bonis, ſed malis. Vis igitur non
timere a poteſtate ? Bonum fac, et laus erit tibi ab ipſa. Miniſter 4
enim Dei eſt † tibi in bonum. Si autem malum feceris, time :
non enim fruſtra portat gladium : miniſter enim Dei eſt, vindex in

† tibi in bonum] *Vid. Not.*

5 iram ei qui facit malum. Propter hoc neceſſe eſt ut ſubjiciamur,
6 non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Propter
hoc enim et tributa ſolvitis : miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum
7 incumbentes. Reddite igitur unicuique quæ debita *ſunt* ; cui tri-
butum, tributum : cui vectigal, vectigal : cui timor, timorem : cui
honor, honorem.

8 Nemini quicquam debeatis, niſi diligere alii alios. Qui enim
9 diligit proximum ſuum, legem implevit. Hoc enim ; Non mœ-
chaberis, non occides, non furaberis, non concupiſces, non teſtaberis
falſo, et ſi ſit mandatum quod aliud, in verbo hoc comprehen-
10 ditur, nempe, Diliges proximum ſicut teipſum. Charitas proximo
malum non operatur : completio igitur legis *eſt* charitas.

Et hoc, ſcientes tempus, quia hora eſt jam a ſomno excitari : 11
nunc enim propior ad nos *eſt* ſalus, quam quum credidimus. Nox 12
præteriit, dies autem appropinquavit : abjiciamus igitur opera tene-
brarum, et induamur arma lucis. Sicut in die, decenter ambu- 13
lemus : non in cantibus et in ebrietatibus, non in cubilibus et
laſciviis, non in lite et invidia : Sed induite Dominum Jeſum 14
Chriſtum, et carnis curam ne feceritis ad concupiſcentias.

CAP. XIV. Illum autem, qui infirmus in fide, ſumite ad vos, non in diſcep- 1
tationibus cogitationum. Hic quidem enim credit manducare om- 2
nia : ille autem qui infirmus, olus edit. Qui edit, illum qui non 3
edit, ne deſpiciat : et is qui non edit, illum qui edit, non judicet :
Deus enim ſumpſit eum ad ſe. Tu quis es qui judicas famulum 4

alienum? Domino ſuo ſtat, aut cadit: ſtabit autem: potens
5 ÷ eſt ↙ enim Deus ſtabilire eum. Hic quidem judicat diem præ
die: hic autem judicat omnem diem: unuſquiſque in mente ſua
6 plene certus eſto. Qui cogitat diei, Domino cogitat: et qui non
cogitat diei, Domino non cogitat. Et qui edit, Domino edit;
gratias enim agit Deo: et qui non edit, Domino non edit, et gra-
7 tias agit Deo. Nemo enim ex nobis ſibi ipſi vivit, et nemo ſibi
8 ipſi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus; ſive mori-
mur, Domino morimur. Sive igitur vivimus, ſive morimur, Do-
9 mini ſumus. Ad hoc enim Chriſtus et mortuus eſt, et reſurrexit,
10 et revixit, ut mortuorum et viventium eſſet Dominus. Tu autem
quid judicas † fratrem tuum? Aut cur tu deſpicis fratrem tuum?

* πληροφορεισθω

† fratrem tuum] *Vid. Not.*

Omnes nos enim ſtabimus coram tribunali Chriſti. Scriptum eſt 11
enim, Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi incurvabit omne
genu, et omnis lingua † confitebitur Domino. Nempe igitur, 12
unuſquiſque noſtrum de ſeipſo rationem reddet Deo. Ne amplius 13
# igitur ↙ alii alios judicemus : ſed hoc judicate potius, ut non
proponatis offendiculum fratri, aut ſcandalum. Scio et perſuaſus 14
ſum in Domino Jeſu, quod nihil eſt contaminatum per ſe : niſi ei
qui cogitat aliquid impurum eſſe, ei eſt impurum. ‡ Si autem 15
propter cibum frater tuus contriſtatur, non amplius ſecundum cha-
ritatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Chriſtus mor-
tuus eſt. Non blaſphemetur igitur bonum veſtrum. Non enim 16
17

1 [خطيئا هو] In margine MSti (هو خ) كلها
2 [يعثمت هو صم هذه] حابه (يعثمت)
3 [ال] (ال) ممع
† confitebitur Domino] Lectio Marg. (confitebitur) Deo.
‡ Si autem] (Si) Enim.

est regnum Dei cibus et potus : sed justitia, et pax, et gaudium in
18 Spiritu Sancto. Qui enim in his servit Christo, placens Deo, et
19 probatus ⸗ est ↙ hominibus. Nempe igitur quæ pacis sectemur,
20 et quæ ædificationis, ad invicem. Ne propter cibum destruito
opus Dei. Omnia quidem munda : sed malum ⸗ est ↙ homini
21 qui per offendiculum edit. Bonum ⸗ est ↙ ut non comedamus
carnem, et non bibamus vinum, neque aliquid per quod frater tuus
22 impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Tu fidem habes : apud
teipsum retine eam coram Deo. Beatus est is qui non condemnat se
23 ipsum in eo quod probat. Qui autem dubitat, si ederit, condemnatus
est, quia non ex fide : omne autem quod non ex fide, peccatum est.

† Ei autem qui poteſt confirmare vos ſecundum evangelium 24
meum, et prædicationem meam Jeſu Chriſti, ſecundum revelati-
onem myſterii, quod temporibus æternis tacitum fuit: Manifeſ- 25
tatum eſt autem nunc per ſcripturas propheticas, ſecundum man-
datum Dei æterni, ad obedientiam fidei, in omnibus gentibus noti- 26
ficatum; Soli ſapienti Deo per Jeſum Chriſtum, cui gloria in
ſecula. Amen.

CAP. XV.

Debemus autem nos firmi, infirmitates imbecillium portare, et 1
non nobis ipſis placere. Unuſquiſque noſtrum proximo placeat in 2
bonum, ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi ipſi placuit, 3
ſed, ſicut ſcriptum eſt, Convicia eorum qui conviciantur tibi, inci-
derunt in me. Quæcunque enim ante ſcripta ſunt, ad doctrinam 4

† *Vid. Not.*

noſtram ante ſcripta ſunt ; ut per patientiam, et conſolationem
5 Scripturarum, ſpem habeamus. Deus autem patientiæ et conſolati-
onis, det vobis ut id ipſum cogitetis alii ad alios, ſecundum Jeſum
6 Chriſtum : Ut concorditer uno ore glorificetis Deum, et patrem
7 Domini noſtri Jeſu Chriſti. Propter hoc aſſumite alii alios, ſicut et
8 Chriſtus aſſumpſit vos in gloriam Dei. Dico autem, quod Jeſus
Chriſtus miniſter fuerit circumciſionis pro veritate Dei, ad confir-
9 mandum promiſſiones patrum : Gentes autem pro miſericordia glo-
rificare Deum, ſicut ſcriptum eſt ; Propter hoc confitebor tibi inter
10 gentes, Domine, et nomini tuo pſallam. Et rurſum dicit, Læta-
11 mini gentes cum populo ejus : Et rurſum dicit, Laudate omnes
12 gentes Dominum, et glorificate eum omnes nationes ; Et rurſum

Esaias dicit ; Erit radix Jesse, et is qui exsurget, erit princeps gentium : in ipsum gentes sperabunt. Deus autem spei impleat vos 13
omni gaudio et pace in credendo, ut exuberetis spe per virtutem
Spiritus Sancti. Persuasus sum autem, fratres mei, et ipse ego de 14
vobis, quod etiam vos pleni estis bonitate, impleti omni cognitione, et
potestis etiam alii alios erudire. Audacius autem scripsi vobis, fratres 15
mei, ex parte, ut commonefacerem vos, propter gratiam quæ data
est mihi a Deo : Ut essem minister Christi Jesu inter gentes, mi- 16
nistrans evangelio Dei, ut fieret oblatio gentium bene accepta, sanctificata per Spiritum Sanctum. Est mihi igitur gloriatio per Christum 17
Jesum quæ ad Deum. Non enim audebo loqui aliquid eorum quæ 18

non effecit Chriſtus per me, ad obedientiam gentium, verbo et
19 opere : In virtute ſignorum et miraculorum, in virtute † Spiritus
Dei ; ita ut ab Hieroſolyma et in circuitu uſque ad Illyricum imple-
20 verim evangelium Chriſti. Ita autem effuſe evangelizavi, non ubi
nominatus eſſet Chriſtus, ut ne ſuper fundamentum alienum ædifi-
21 carem : ⁂ Sed ↙ ſicut ſcriptum eſt, Illi quibus non annunciatum
22 eſt de eo, videbunt : et qui non audierunt, intelligent. Propter
23 hoc etiam impediebar plurimum venire ad vos. Nunc autem non
amplius locum habens in regionibus his, deſiderium autem habens
24 veniendi ad vos ab annis multis : Quum proficiſcar in Hiſpaniam,
veniam ad vos : ſpero enim quod præteriens videam vos, et a

* τον ιλυρικον
* φιλοτιμουμενον
* εν τοις χλιμαις

1 ]ܘܡܐ ܕܫܠܡ In margine MSti ]ܩܕܫ (ܪܘܚܐ)
† Spiritus Dei] Lectio Marg. (Spiritus) Sancti.

vobis deducar illuc, ſi a vobis primum ex parte impletus fuero.
Nunc autem proficiſcor Hieroſolymam, ut miniſtrem ſanctis. Vo- 25
luerunt enim Macedonia et Achaia communicationem aliquam fa- 26
cere in pauperes ſanctorum qui *ſunt* Hieroſolymæ: Voluerunt 27
enim, et debitores eorum ſunt. Si enim in ſpiritualibus eorum
participes fuerunt gentes, debitores ſunt etiam ut in carnalibus mi-
niſtrent iis. Hoc igitur quum perfecero, et conſignavero iis fructum 28
hunc, proficiſcar per vos in Hiſpaniam. Scio autem quod veniens 29
ad vos, cum plenitudine benedictionis evangelii Chriſti veniam.
Precor autem vos, fratres mei, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſ- 30
tum, et per charitatem Spiritus, ut faciatis mecum certamen in
orationibus pro me ad Deum: Ut liberer ab infidelibus ∓ qui ↙ in 31

(خصر ابا) صم ؛ بحصم ⁘ In margine MSti [خصر ابا حصحص ؛

Judæa; et ut miniſterium meum quod in Hieroſolyma, bene ac-
32 ceptum ſit ſanctis: Ut in gaudio veniam ad vos per voluntatem
19 qui obdormierunt in Chriſto, perierunt. Si in vita hac ſumus ſpe-
rantes in Chriſto tantum, miſerabiliores quam omnes homines ſu-
20 mus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit ex mortuis, *et* primitiæ dor-
21 mientium factus eſt. Quoniam enim per hominem mors, etiam per
22 hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adamo omnes mo-
23 riuntur, ſic et in Chriſto omnes vivificabuntur. Unuſquiſque autem
in ordine ſuo: primitiæ Chriſtus, deinde qui Chriſti *ſunt,* in adventu

ipſius. Poſtea finis, quum tradiderit regnum Deo et Patri: quum 24
aboleverit omnem principatum, ⁜ et omnem ↙ poteſtatem, et virtu-
tem. Oportet eum enim regnare, quouſque poſuerit omnes inimi- 25
cos ſub pedibus ſuis. Ultimus autem inimicus abolebitur mors. 26
Omnia enim ſubjecit ſub pedibus ejus. Quum autem dicat, quod 27
omnia ſubjecta ſunt, manifeſtum *eſt* quod præter illum qui ſubjecit
ei omnia. Quum autem ſubjecta fuerint ei omnia, tunc et ipſe 28
Filius ſubjicietur ei qui ſubjecit ſibi omnia; ut ſit Deus omnia in
omnibus. Alioquin quid facient illi qui baptizantur pro mortuis, ſi 29
omnino mortui non reſurgunt? quid et baptizantur pro iis? Quid 30
et nos periclitamur qualibet hora? Quotidie morior, certe gloriatio 31
veſtra *eſt*, fratres mei, quam habeo in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

32 Si (ſecundum hominem) pugnavi cum feris Epheſi, quæ mihi utilitas, ſi mortui non reſurgunt? comedamus et bibamus: cras enim
33 moriemur. Ne erretis. Corrumpunt enim mores bonos commer-
34 cia mala. Vigilate mente juſte, et ne peccate: non cognitionem enim Dei quidam habent: ad pudorem vobis loquor.
35 Sed dicet aliquis; Quomodo reſurgunt mortui? quali autem cor-
36 pore veniunt? Inſipiens, tu quod ſeminas, non viveſcit, ſi non mo-
37 riatur. Et quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed granum nudum, ſi contigerit, tritici, aut alicujus ex ⁂ ſemi-
38 nibus ✓ reliquis. Deus autem dat ei corpus, ſicut voluit, et unicui-
39 que ſeminum corpus ſuum. Non omnes caro eadem caro: ſed alia quidem hominum, alia autem caro pecorum, alia autem piſcium,

* * εθηριομαχησα

alia autem volucrium. Et corpora *ſunt* cœleſtia, et corpora ter- 40
reſtria: ſed alia quidem eſt gloria cœleſtium, alia autem terreſ-
trium. Alia gloria ſolis, et alia gloria lunæ, et alia gloria ſtella- 41
rum. Stella enim ſtella excellentior eſt in gloria. Ita et reſur- 42
rectio mortuorum: ſeminatur in corruptione; ſuſcitatur in incor-
ruptione: Seminatur in ignominia, ſuſcitatur in gloria: ſeminatur 43
in infirmitate, ſuſcitatur in virtute: Seminatur corpus animale, 44
ſuſcitatur corpus ſpirituale. Eſt corpus animale, et eſt corpus ſpi-
rituale. Sic et ſcriptum eſt; Factus eſt homo primus Adamus 45
in animam viventem: Adamus poſterior in ſpiritum vivificantem.
Sed non prius ſpirituale, ſed animale: deinde ſpirituale. Homo 46
primus pulvereus de terra; homo ſecundus Dominus de cœlo. 47

48 Qualis ille pulvereus, tales et pulverei: et qualis ille cœleſtis, tales
49 et cœleſtes. Et ſicut induimus imaginem illius pulverei, induemus
50 etiam imaginem illius cœleſtis. Hoc autem dico, fratres mei, quod
caro et ſanguis regnum Dei jure hæreditario poſſidere non poſſunt;
neque corruptio incorruptionem jure hæreditario poſſidet.
51 Ecce myſterium vobis dico; Omnes quidem non dormiemus,
52 omnes autem immutabimur: In momento, in ictu oculi, in tuba
ultima, (*tuba* canet enim,) et mortui reſurgent incorrupti, et nos
53 immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptio-
54 nem, et mortale hoc induere immortalitatem. Quum autem cor-
ruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit im-
mortalitatem, tunc fiet ſermo ille qui ſcriptus eſt; Abſorpta eſt

1 [حلل ملاهصا] In margine MSti حلل ملاهصا: حاصا احدا معلما
ها ملصلا هصا:

mors in victoria. Ubi eſt ſtimulus tuus, O mors? ubi eſt victoria tua, O ſepulchrum? Stimulus autem mortis, peccatum: vis autem peccati, lex. Deo autem gratia, † qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Itaque, fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, quum ſciatis quod labor veſter non ſit inanis in Domino.

CAP. XVI.

De autem collecta quæ in ſanctos, ſicut præcepi Eccleſiis Galatiæ, ita et vos facite. *Primo* unoquoque ſeptimanæ unuſquiſque veſtrum apud ſe reponat, recondens quod poteſt dare, ut non quum venero, tunc collectæ fiant. Quum autem venero, quos probave-

1 ܕܢ] In margine MSti ܕܢ

† qui dedit] Lectio Marg. Qui dat

ritis per epiſtolas, hos mittam ut perferant gratiam veſtram in Hie-
4 roſolymam. Si autem fuerit dignum, ut et ego proficiſcar, mecum
5 proficiſcentur: Veniam autem ad vos, quum Macedoniam per-
6 transiero (Macedoniam enim pertranſibo). Apud vos autem forſitan
manebo, aut et hyemabo, ut vos deducatis me, quocunque autem
7 proficiſcar. Nolo enim vos nunc quaſi in tranſitu videre: ſpero
autem aliquod tempus manere apud vos, ſi Dominus permiſerit.
8 Permanebo Epheſi uſque ad Pentecoſten. Oſtium enim apertum
9 eſt mihi magnum et efficax; et adverſarii multi. Si autem venerit
10 Timotheus, videte ut ſine metu ſit apud vos: opus enim Domini
11 operatur, ſicut et ego. Ne quis igitur ſpernat eum. Deducite eum
autem in pace, ut veniat ad me: expecto enim eum cum fratribus.

ﻟﻴﺄﺗﻰ ﻋﻨﺪﻛﻢ ﻟﻴﻤﻀﻮﺍ ﺑﻨﻌﻤﺘﻜﻢ ﻫﺬﻩ ﺍﻟﺘﻰ ﺍﻧﺘﻢ ﻟﻬﺎ ﻣﺴﺘﺤﻘﻮﻥ.
4 ﻭﺍﻥ ﻛﺎﻥ ﻳﻠﻴﻖ ﺑﻲ ﺍﻳﻀﺎ ﺍﻥ ﺍﺫﻫﺐ ﻣﻌﻜﻢ ﻓﺎﻧﻬﻢ ﺳﻴﺬﻫﺒﻮﻥ
5 ﺍﻟﻲ ﻋﻨﺪﻛﻢ ﻋﻨﺪ ﺍﺟﺘﺎﺯﺗﻲ ﻣﻘﺪﻭﻧﻴﺔ ﻷﻧﻲ ﺳﺎﺟﺘﺎﺯ ﻣﻘﺪﻭﻧﻴﺔ.
6 ﻭﻋﻨﺪﻛﻢ ﻟﻌﻠﻲ ﺍﻗﻴﻢ ﺍﻭ ﺍﻗﻀﻲ ﺍﻟﺸﺘﺎﺀ ﻟﻜﻲ ﺍﻧﺘﻢ ﺗﺸﻴﻌﻮﻧﻨﻲ
7 ﺣﻴﺜﻤﺎ ﺍﺳﻠﻚ ﻷﻧﻲ ﻻ ﺍﺭﻳﺪ ﺍﻥ ﺍﺭﺍﻛﻢ ﺍﻵﻥ ﻓﻲ ﺍﻟﻄﺮﻳﻖ ﺑﻞ
ﺍﺭﺟﻮ ﺍﻥ ﺍﻛﻮﻥ ﻋﻨﺪﻛﻢ ﺯﻣﺎﻧﺎ ﻣﺎ ﺍﻥ ﺳﻤﺢ ﺍﻟﺮﺏ.
8 ﻓﺎﻗﻴﻢ ﺍﻣﺎ ﻓﻲ ﺍﻓﺴﺲ ﺣﺘﻰ ﻋﻴﺪ ﺍﻟﺨﻤﺴﻴﻦ.
9 ﻷﻧﻪ ﻗﺪ ﻓﺘﺢ ﻟﻲ ﺑﺎﺑﺎ ﻛﺒﻴﺮﺍ ﻭﻣﻨﻔﻘﺎ ﻭﻣﻘﺎﻭﻣﻮﻥ ﻛﺜﻴﺮﻭﻥ.
10 ﻭﺍﻣﺎ ﺍﻥ ﺟﺎﺀ ﺗﻴﻤﻮﺛﺎﻭﺱ ﻓﺎﻧﻈﺮﻭﺍ ﺍﻥ ﻳﻜﻮﻥ ﻋﻨﺪﻛﻢ ﺑﻼ ﺧﻮﻑ
ﻷﻧﻪ ﻳﻌﻤﻞ ﻋﻤﻞ ﺍﻟﺮﺏ ﻛﻤﺎ ﺍﻧﺎ ﺍﻳﻀﺎ.
11 ﻓﻼ ﻳﺤﻘﺮﻩ ﺍﺣﺪ ﺑﻞ ﺷﻴﻌﻮﻩ ﺑﺴﻼﻡ ﻟﻴﺄﺗﻲ ﺍﻟﻲ ﻷﻧﻲ ﺍﻧﺘﻈﺮﻩ ﻣﻊ
ﺍﻻﺧﻮﺓ.

De autem Apollo fratre, multum rogavi eum ut veniret ad vos cum 12
fratribus : et omnino non fuit voluntas nunc venire, veniet autem
quum opportunitatem habuerit. Vigilate, ſtate in fide, viriliter 13
agite, eſtote fortes. Omnia autem veſtra cum charitate fiant. 14
Obſecro autem vos, fratres mei, noſtis familiam Stephanæ ⁂ et For- 15
tunati et Achaïci ✓ eſſe primitias Achaiæ, et in miniſterium ſancto-
rum addixiſſe ſeipſos : Ut et vos ſubjiciamini talibus, et omni qui- 16
dem qui adjuvat nos, et laborat. Gaudeo autem in adventu Ste- 17
phanæ et Fortunati et Achaïci ; quia defectum veſtri illi impleve-
runt. Refocillarunt enim ſpiritum meum et veſtrum. Agnoſcite 18
igitur eos qui tales *ſunt*. Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ : ſalutant vos 19

In margine MSti

in Domino multum Aquila et Priſcilla, cum Eccleſia quæ *eſt* in
20 domo eorum. Salutant vos fratres omnes. Salutate alii alios in
21 oſculo ſancto. Salutatio manu mea Pauli. Si quis non amat Do-
22 minum Jeſum Chriſtum, Anathema ſit Maran atha. Gratia Do-
23 mini Jeſu Chriſti vobiſcum. Charitas mea vobiſcum omnibus in
24 Chriſto Jeſu. Amen.

*Finita eſt Epiſtola ad Corinthios prima, quæ ſcripta eſt a Philippis per Stephanam, et Fortunatum, et Achaïcum, et Timotheum.*

# EPISTOLA PAULI

## AD CORINTHIOS SECUNDA.

1 PAULUS Apoſtolus Chriſti Jeſu, per voluntatem Dei, et Ti- CAP. I.
motheus frater, Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum ſanctis omni-
2 bus qui ſunt in tota Achaia: Gratia vobis et pax a Deo Patre
noſtro, et Domino Jeſu Chriſto.
3 Benedictus ⏑ ſit ↙ Deus et Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti,
4 Pater miſericordiarum, et Deus omnis conſolationis: Qui conſolatur
nos in omni afflictione noſtra: ut poſſimus ⏑ et ↙ nos conſolari eos
qui in omni afflictione *ſunt*, per conſolationem, qua afficimur a

Deo. Quoniam ſicut † abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita per 5
Chriſtum abundat et conſolatio noſtra. Sive autem affligimur, pro 6
conſolatione veſtra, et ſalute quæ efficitur in tolerantia earundem
paſſionum quas et nos patimur: et ſpes noſtra firma eſt pro vobis
‡ ⁜ in quem ſperavimus quod et adhuc eripiet ↙: ſive autem conſo-
latione afficimur, pro conſolatione veſtra ⁜ et ſalute ↙: Scientes 7
quod ſicut participes eſtis paſſionum, ſic et conſolationis. Non 8
enim volumus ut ignoretis, fratres mei, de afflictione noſtra, quæ
facta eſt nobis in Aſia, quoniam præter modum gravati ſumus ſupra
vires, ita ut decideret ſpes etiam ut viveremus. Sed nos in nobis 9
decretum mortis habuimus, ut non confideremus in nobis ipſis, ſed

† *Vid. Not.* ‡ *Vid. Not.*

10 in Deo qui ſuſcitat mortuos. Qui ex tantis mortibus eripuit nos,
11 et eripit : † ſperavimus autem quod et eripiet, Adjuvantibus et vobis
# pro nobis ✓ in oratione, ut ‡ in facie multorum donum quod in
12 nos *collatum*, per multos celebretur, pro nobis. Gloriatio enim
noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimpli-
citate ‖ et in ſinceritate, et non in ſapientia carnali, ſed in gratia
Dei converſati ſumus in mundo : abundantius autem apud vos.
13 Non enim alia ſcribimus vobis, niſi ea quæ legitis aut et agnoſcitis :
14 ſpero autem quod et uſque ad finem agnoſcetis. Sicut et agnoviſtis

| | | |
|---|---|---|
| 1 ﬠﬦﬨ﬩שׁ] | In margine MSti | (ﬠﬦﬨ﬩שׁ) : שׂשּׁ |
| 2 ﬡﬢﬣﬤﬥﬦ] | | ﬧﬨ﬩שׁשׂשּׁ ﬡﬢﬣﬤﬥﬦ |
| 3 שּׂאַאָאּבּגּ] | | דּהּוּזּ (שּׂאַאָאּבּגּ) |
| † ſperavimus autem] | Lectio Marg. | In quem (ſperavimus) |
| ‡ in facie multorum] | | Ex faciebus multis |
| ‖ et in ſinceritate] | | (et in ſinceritate) Dei, |

nos ex parte, quia gloriatio veſtra ſumus, ficut et vos noſtra, in die Domini ⁜ noſtri ↙ Jeſu ⁜ Chriſti ↙.

Et hac fiducia volebam prius ad vos venire, ut gratiam ſecundam 15
haberetis: Et per vos † tranſire in Macedoniam, et rurſum a Mace- 16
donia venire ad vos, et a vobis deduci in Judæam. Hoc igitur 17
quum deliberarem, numquid ergo levitate cogitationis uſus ſum? aut quæ delibero, ſecundum carnem delibero: ut ſit ‡ apud me Etiam, etiam, et Non, non? Fidelis ⁓ eſt ↙ autem Deus, quia ſer- 18
mo noſter ad vos non fuit Etiam et Non. Filius enim Dei Jeſus 19
Chriſtus, qui inter vos per nos prædicatus eſt, per me, et Sylvanum,

| | | |
|---|---|---|
| 1 [ | In margine MSti | |
| 2 ] | | |
| † tranſire] | Lectio Marg. | Ire |
| ‡ apud me] | | A me |

ⲙⲛ ⲟⲩⲙⲛⲧⲛⲟⲩⲧⲉ ⲟⲩⲇⲉ ⲛⲟⲓ ⲛⲁⲓ ⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲗⲗ ⲉⲓ
ⲛⲟⲩ ⲉⲓⲙⲓ ⲛⲟⲓ ⲛⲁⲓ ⲙⲛ ⲛⲟⲓ ⲛⲁⲓ ⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲗⲗ ⲉⲓ
ⲟⲛ ⲙⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲣⲉⲛⲁⲓ ⲉⲣⲟⲓ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ
ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ
ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ
ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲛⲧⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ

oportéret me gaudére, confidens in omnibus vobis, quia gaudium meum omnium vestrum est. Ex enim afflictione multa et anxietate cordis scripsi vobis, per lachrymas multas; non ut tristitia afficeremini, sed ut cognoscerétis charitatem quam habeo abundantius in vos. Si autem quis tristitia affecit, non me tristitia affecit, nisi ex parte, ut non onerem omnes vos. Sufficit tali increpatio hæc quæ a pluribus. Ita ut e contrario potius vos condonetis, et consolémini, ne forte tristitia abundantiori absorbeatur is qui hujusmodi. Quapropter obsecro vos confirmare in illum charitatem. In hoc enim et scripsi, ut cognoscerem probationem vestram, si in omnia obedientes estis. Cui autem aliquid condonatis vos, et ego: et enim ego si aliquid condonavi, cui condonavi, propter vos, in conspectu

4 ... ... ...

11 Chriſti: Ut non decipiamur a Satana: non enim ignoramus cogi-
tationes ejus.
12 Quum veniſſem autem Troadem propter Evangelium Chriſti, et
13 oſtium mihi apertum eſt in Domino: Non erat mihi quies in ſpiritu
meo, quod non invenerim Titum fratrem meum: ſed relinquens
eos, exii in Macedoniam.
14 Deo autem gratia, qui omni tempore triumphare facit nos in
Chriſto, et odorem cognitionis ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.
15 Quia odor ſuavis in Chriſto ſumus Deo, in iis qui ſervantur, et in
16 iis qui pereunt. His quidem odor mortis ad mortem; illis autem
17 odor vitæ ad vitam: et ad hæc quis eſt idoneus? Non enim ſumus

1 ]ܕܡܚܒܬ In margine MSti ܕܡܚܒܬ ܒܝ ܟܘ

ficut reliqui, qui cauponantur verbum Dei; ſed tanquam ex ſinceritate, tanquam ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.

CAP. III. Incipimus rurſus ¯noſipſos↙ commendare? aut numquid opus 1
habemus, ſicut quidam, epiſtolis commendatitiis ad vos, aut ex vobis
commendatitiis ¯ad alios↙? Epiſtola enim noſtra vos eſtis, quæ 2
ſcripta eſt in cordibus noſtris, quæ ſcitur et legitur ab omnibus
¯hominibus↙: Manifeſtati quoniam eſtis epiſtola Chriſti, ſubmi- 3
niſtrata a nobis, ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei vivi; non
in tabulis lapideis, ſed in tabulis carneis, in cordibus.

Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum erga Deum: Non 4
quod idonei ſimus a nobis ipſis ut cogitemus aliquid, quaſi ex nobis 5
ipſis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo ¯eſt↙: Qui idoneos nos fecit 6

miniſtros Teſtamenti Novi ÷ eſſe ✓, non literæ, ſed ſpiritus: litera
7 enim occidit, ſpiritus autem vivificat. Si autem miniſterium mortis, quod impreſſum erat literis in lapidibus, erat in gloria, ita ut non poſſent filii Iſraelis intueri in faciem Moſis, propter gloriam
8 faciei ejus, quæ abolita *eſt*: Quomodo non potius miniſterium Spi-
9 ritus erit in gloria? Si enim miniſterio condemnationis gloria, multo
10 magis miniſterium juſtitiæ excellet in gloria. Etenim non glorificatum eſt id quod glorificatum in hac parte, propter gloriam quæ
11 præter modum. Si enim quod abolitum eſt, *fuit* per gloriam,
12 multo magis quod manet, *erit* in gloria. Quum habeamus igitur
13 talem ſpem, fiducia multa utimur. Et non ſicut Moſes ponebat

velamen ſuper faciem ſuam, ut non intuerentur filii Iſraelis in finem
ejus quod aboletur : Sed excæcatæ ſunt mentes eorum : uſque enim 14
ad diem hodiernum idipſum † velamen in lectione Teſtamenti Ve-
teris manet non revelatum : quia in Chriſto aboletur : Sed uſque ad 15
hodiernum *diem*, quum legitur Moſes, velamen ſuper cor eorum
poſitum eſt. Quando autem ‡ converſum fuerit ad Dominum, 16
auferetur velamen. Dominus autem Spiritus eſt : ubi autem Spi- 17
ritus Domini, ibi libertas. Nos autem omnes facie non tecta glo- 18
riam Domini quaſi in ſpeculo videmus, quoniam in eandem imagi-
nem transformamur, a gloria in gloriam, tanquam a Domino, Spiritu.

1 ]ܐܦܠ ܘ In margine MSti ]ܐܦܠ ܘ ܥܠ ܠܒܗܘܢ ܕܠܐ ܢܚܙܘܢ ܒܣܘܦܗ ܕܒܛܠ

2 ]ܗܘ ܕܒܛܠ ܘ ]ܗܘ ܕܒܛܠ ܘ ܠܐ ܐܬܓܠܝ ܠܗܘܢ ܒܣܘܦܗ ܕܒܛܠ

† velamen] *Vid. Not.*

‡ converſum fuerit] *Vid. Not.*

1 Propterea quum habeamus miniſterium hoc, ſicut miſericordiam CAP. IV.
2 conſequuti ſumus, non deficimus. Sed rejecimus occultamenta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque doloſe tractantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis commendantes nos ipſos ad om-
3 nem conſcientiam hominum coram Deo. Si autem et ſit opertum
4 Evangelium noſtrum, iis qui pereunt eſt opertum: Quoniam Deus ſeculi hujus excæcavit mentes infidelium, ne irradiet illis ſplendor
5 Evangelii in gloria Chriſti, qui eſt imago Dei inviſibilis. Non enim nos ipſos prædicamus, ſed Jeſum Chriſtum Dominum, noſipſos au-
6 tem ſervos veſtros propter Jeſum. Quia Deus, qui dixit ut e tenebris lux ſplendeſceret, ipſe ſplenduit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ gloriæ Dei in facie Jeſu Chriſti.

Habemus autem theſaurum hunc in vaſibus teſtaceis, ut magnitudo 7
virtutis Dei ſit, et non ex nobis. In omni re affligimur, ſed non 8
coarctamur : anguſtiamur, ſed non indigentiam patimur : Perſecutio- 9
nem patimur, ſed non deſerimur : dejicimur, ſed non perimus : Omni 10
tempore mortificationem Domini Jeſu in corpore circumferimus, ut
et vita Jeſu in corpore noſtro manifeſtetur. Semper enim nos, qui 11
vivimus, morti tradimur propter Jeſum, ut et vita Jeſu manifeſta
fiat in carne noſtra mortali. Itaque mors ⸗ quidem ✓ in nobis ope- 12
ratur, vita vero in vobis. Quum habemus autem eundem ſpiritum 13
fidei, ſecundum id quod ſcriptum eſt ; Credidi, propterea et loquu-
tus ſum : et nos credimus, propterea et loquimur : Scientes quod is 14

1 [ܡܢ] In margine MSti ܡܢ ܒܓܒܐ

qui ſuſcitavit Dominum ⁜ noſtrum ✓ Jeſum, et nos ſuſcitabit per
15 Jeſum, et ſiſtet coram eo vobiſcum. Hæc enim omnia propter
vos, ut gratia abundans per multorum gratiarum actionem, abundet
16 ad gloriam Dei. Propterea non ſegneſcimus: ſed ſi et homo noſter
externus corrumpatur, tamen internus noſter renovatur de die in
17 diem. Levitas enim, quæ præter modum, afflictionis noſtræ mo-
mentaneæ, ſupra modum pondus gloriæ æternæ præparat nobis:
18 Quum non contemplamur ea quæ conſpiciuntur, ſed ea quæ non
conſpiciuntur: quæ enim conſpiciuntur, momentanea: quæ autem
1 non conſpiciuntur, æterna. Scimus enim, quoniam ſi domus noſtra CAP. V.
terreſtris tabernaculi diſſolvatur, ædificium ex Deo habemus, domum
2 non manufactam, æternam in cœlo. Etenim in hoc ingemiſcimus,

habitationem noſtram quæ de cœlo *eſt* ſuperindui expetentes: Si quidem et induti, non nudi inveniamur. Etenim qui in tabernaculo hoc ſumus, ingemiſcimus gravati, eo quod non volumus exui, ſed ſuperindui, ut abſorbeatur mortale a vita. Qui autem præparat nos ad hoc ipſum Deus ⸗eſt⸗: qui et dedit nobis arrahbonem ſpiritus. Confidentes igitur ſemper, et ſcientes, quoniam dum habitamus in corpore, peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambulamus, et non per aſpectum. Confidimus et volumus magis peregrinari a corpore, et habitare apud Dominum. Propter hoc et contendimus, ſive incolentes, ſive migrantes, ut bene placentes ei ſimus. Omnes enim nos manifeſtari oportet coram tribunali Chriſti, ut accipiat

3 4 5 6 7 8 9 10

3 habitationem] In margine MSti εἰδους—ܡܢܝܢ—.ܫܪܝ .ܐܚܪ ;ܐܚܪ .ܫܪܝ

unuſquiſque quæ per corpus, ſecundum ea quæ fecit, ſive bonum, ſive malum.

11 Scientes igitur † terrorem Dei, hominibus ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus: ſpero autem quod et in conſcientiis veſtris mani-
12 feſti ſimus. Non rurſus nos ipſos commendamus vobis, ſed occaſionem damus vobis gloriationis pro nobis, ut habeatis apud illos qui in
13 facie gloriantur, et non corde. Sive enim inſanimus, Deo: ſive
14 ſobrii ſumus, vobis. Charitas enim Dei conſtringit nos: Æſtiman-
15 tes hoc, quoniam *ſi* unus pro omnibus mortuus eſt, nempe omnes mortui ſunt: et pro omnibus mortuus eſt, ut ii qui vivunt, non poſthac ſibi vivant, ſed ei qui pro illis mortuus eſt, et reſurrexit.

1 [ܡܪܐ ܕܐܠܗܐ] In margine MSti ܕܡܪܝ (ܕܐܠܗܐ)
† terrorem Dei,] Lectio Marg. (terrorem) Domini.

Itaque nos posthac neminem novimus secundum carnem: si autem 16
et novimus secundum carnèm Christum, sed nunc non amplius
cognoscimus. Itaque si quis in Christo, creatura est nova: vetera 17
præterierunt; ecce facta sunt nova omnia. Omnia autem ex Deo, 18
qui reconciliavit nos sibi per Christum, et dedit nobis ministerium
reconciliationis: Tanquam quidem Deus esset in Christo reconcilians 19
† sibi mundum, non reputans iis delicta eorum, et posuit in nobis
verbum reconciliationis. Pro Christo igitur legatione fungimur, tan- 20
quam Deus rogaret per nos: obsecramus pro Christo, ‡ reconciliamini
Deo. Illum enim qui non novit peccatum, pro nobis peccatum 21

| | | |
|---|---|---|
| 1 ]ڡڡ ڡ ڡڡڡڡ | In margine MSti | ڡڡڡڡ ڡ |
| 2 ڡ;ڡ[] | | ڡ;ڡڡ: |
| † sibi mundum,] | Lectio Marg. | Mundum sibi. |
| ‡ reconciliamini] | | Ut reconciliemini |

1 ... CAP. VI.
2 ...
3 ...
4 ...
5 ...
6 ...
7 ...
8 ...

1 fecit ∓ eum ∠, ut nos eſſemus juſtitia Dei in ipſo. Cooperantes CAP. VI.
2 autem et exhortamur, ne in vanitatem gratiam Dei recipiatis. Ait
enim : Tempore accepto audivi te, et die ſalutis adjuvi te. Ecce
3 nunc tempus bene acceptum, ecce nunc dies ſalutis. Nullam in
nulla re demus offenſionem, ut non ſit macula in miniſterio noſtro :
4 Sed in omni re conſtituentes nos ipſos, ſicut miniſtri Dei, in tole-
rantia multa, in afflictionibus, in neceſſitatibus, in perſecutionibus,
5 in anguſtiis, In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in
6 vigiliis, in jejuniis ; In puritate, in ſcientia, in longanimitate, in be-
7 nignitate, in Spiritu Sancto, in charitate minime ſimulata : In verbo
8 veritatis, in virtute Dei : per arma juſtitiæ dextris et ſiniſtris : Per

1 [...] In margine MSti μωμηθη—...

gloriam et ignominiam ; per convitium et laudem ; quaſi ſeductores
et veraces : Sicut ignoti et cogniti : ſicut morientes, et ecce vivimus ; 9
quaſi caſtigemur, et non morimur : Quaſi triſtes, ſemper autem 10
gaudentes ; quaſi pauperes, multos autem ditamus ; quaſi nihil ha-
bentes, et omnia poſſidemus. Os noſtrum apertum eſt ad vos, Co- 11
rinthii, cor noſtrum dilatatum eſt. Non anguſtia affecti eſtis in 12
nobis, anguſtia affecti eſtis autem in viſceribus veſtris. Ipſam autem 13
eandem compenſationem, (ut filiis dico,) dilatamini et vos. Ne 14
ſitis ſocii jugi cum infidelibus : quæ enim participatio juſtitiæ et ini-
quitati ? † quæ autem communio luci ad tenebras ? Quæ autem 15
concordia Chriſto cum Beliar ? aut quæ pars fideli cum infideli ?

1 [ܐܝܟ ܕܒ ܡܫܬܟܚܝܢ ܐܢܘܢ] In margine MSti
† quæ autem communio]

(ܐܝܟ ܡܫܬܟܚܝܢ ܐܢܘܢ) ܐ
Lectio Marg.
Aut (quæ communio)

16 Quæ autem conſenſio templo Dei cum ſimulachris? Vos enim
templum eſtis Dei viventis, ſicut dixit Deus; Quoniam habitabo in
iis, et ambulabo: et ero Deus illorum, et ipſi erunt mihi populus.
17 Quapropter exite de medio eorum, et ſeparamini, dicit Dominus:
18 et immundum ne attingite: et ego excipiam vos: Et ero vobis in
patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipo-
1 tens. Quum igitur habeamus has promiſſiones, dilecti mei, mun- CAP. VII.
demus nos ipſos ab omni inquinamento carnis et ſpiritus, perfici-
entes ſanctificationem in timore Dei.

2 Recipite nos: neminem injuria affecimus, neminem corrupimus,
3 neminem fraudavimus. Non ad condemnationem dico: antea dixi
enim, quod in cordibus noſtris eſtis, ad moriendum ſimul et viven-

dum ſimul. Fiducia multa mihi apud vos, gloriatio multa mihi pro 4
vobis: plenus ſum conſolatione: vehementer abundo gaudio in
omni afflictione noſtra. Etenim quum veniſſemus in Macedoniam, 5
nulla quies fuit carni noſtræ, ſed in omni re afflicti fuimus: foris
pugnæ, intus timores. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt 6
nos Deus in adventu Titi. Non autem ſolum in adventu ejus, ſed 7
etiam in conſolatione qua affectus eſt in vobis, quum renunciaret
nobis vehemens deſiderium veſtrum, luctum veſtrum, ardorem veſ-
trum pro me: ita ut magis gauderem. Quoniam ſi et contriſtavi 8
vos in epiſtola prima, non pœnitet me, etiamſi pœnituerit: video
enim quod epiſtola illa, etiamſi ad horam, contriſtavit vos. Nunc 9

1 [] In margine MSti

gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad reſipiſcentiam. Contriſtati eſtis enim ſecundum Deum, ut non in ulla
10 re damno afficiamini a nobis. Triſtitia enim quæ ſecundum Deum, pœnitentiam in ſalutem non pœnitendam operatur: triſtitia autem
11 mundi mortem operatur. Ecce enim ipſum hoc, quod ſecundum Deum contriſtati fueritis, quantum operatum eſt in vobis ſtudium? ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed vehemens deſiderium, ſed zelum, ſed vindictam? in omni re exhibuiſtis vos
12 ipſos, quod puri ſitis in hoc negotio. Nempe, ſi et ſcripſi vobis, non propter illum qui injuriam fecit, neque propter illum qui injuria affectus eſt, ſed ut manifeſtum fieret ſtudium veſtrum de nobis ad
13 vos coram Deo. Propter hoc conſolationem accepimus ⁜ in conſolatione veſtra ↙: cum autem conſolatione noſtra abundantius magis

gaviſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refocillatus eſt ſpiritus ejus ab
omnibus vobis. Quia in quocunque ei de vobis gloriatus ſum, non 14
erubui : ſed ſicut omni tempore in veritate loquuti ſumus vobis, ita
et gloriatio noſtra quæ † ad Titum, veritas facta eſt. Et viſcera 15
ejus abundantius in vos ſunt, quum recordatur obedientiæ omnium
veſtrum, quomodo cum timore et tremore excepiſtis eum. Gaudeo 16
‡ ⁜ nunc ↙ quod in omni re confidam in vobis.

CAP. VIII. Notam facio autem vobis, fratres mei, gratiam Dei quæ data fuit 1
in Eccleſiis Macedoniæ : Quod in experimento multo afflictionis 2
‒ fuit ↙ abundantia gaudii ipſorum, et paupertas eorum profunda

| | | |
|---|---|---|
| 1 ⸢ܡܥܕܡ ܠܟ⸣] | In margine MSti | (ܡܥܕܡ) ܥܡ |
| 2 ⸢ܒܗܘܬ⁜⸣] | | ⸢ܒܗܘܬ⸣ |
| † ad Titum] | Lectio Marg. | Coram (Tito) |
| ‡ ⁜ nunc ↙] | | Igitur |

redundavit in divitias ſimplicitatis ipſorum. Quia ſecundum vires
÷ ſuas ✓ teſtor, † et ſupra vires, ipſi ex voluntate ſua, Cum exhor-
tatione multa petierunt a nobis gratiam, et communionem miniſterii
quod *fit* in Sanctos. Et non ſicut ſperabamus: ſed ſeipſos dederunt
primum Domino, et nobis per voluntatem Dei: Ut rogaremus nos
Titum, ut quemadmodum ante cœpiſſet, ita et perficeret in vobis
et gratiam hanc: Sed ſicut in omni re abundatis, in fide, et in ſer-
mone, et in cognitione, et in omni ſtudio, et in charitate quæ ex
vobis *eſt* in nos, ut et in hac gratia abundetis. Non ſecundum im-
perium dico, ſed per ſtudium aliorum etiam ſinceritatem charitatis
veſtræ explorans. Scitis enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti,

† *Vid. Not.*

quoniam propter vos pauper factus eſt, quum dives eſſet, ut vos paupertate illius ditesceretis. † Et conſilium in illis do: hoc enim vobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed et velle ante cœpistis a præterito anno. Nunc autem et facere perficite: ut, ſicut promptitudo *ſuit* velle, ita et perficere ex eo quod habetis. Si enim promptitudo *animi* prius adfit, ſecundum id quod habet ⁂ aliquis ℣, acceptus eſt bene, non ſecundum id quod non habet. Non enim ut aliis *ſit* remiſſio, vobis autem afflictio: ſed ex æqualitate, tempore hoc, ut abundantia veſtra *ſit* pro penuria illorum: Ut et abundantia illorum ſit pro penuria veſtra, ut fit æqualitas. Sicut ſcriptum eſt; Qui

1 [illegible] In margine MSti ſine (illegible)
† Et conſilium in illis] Lectio Marg. (Et conſilium) In hoc

16 multum, non abundavit: et qui modicum, non defecit. Gratia
17 autem Deo, qui dedit idem ſtudium pro vobis in corde Titi: Quoniam exhortationem quidem ſuſcepit: quum ſtudioſior autem eſſet,
18 ex voluntate ſua exiit ad vos. Miſimus autem cum eo fratrem,
19 cujus laus in Evangelio per omnes Eccleſias. Non ſolum autem, ſed et ſuffragiis electus eſt ab Eccleſiis, ut prodiret nobiſcum cum beneficentia hac quæ adminiſtratur a nobis, ad gloriam ipſius Do-
20 mini, et promptitudinem noſtram. Evitantes hoc, ne quis ponat in
21 nos maculam in abundantia hac quæ adminiſtratur a nobis. Curæ fuit nobis enim de pulchris, non ſolum coram Domino, ſed etiam
22 coram hominibus. Miſimus autem cum iis fratrem noſtrum, quem

1 [illegible] In margine MSti [illegible]

2 [illegible] χειροτονηθεις — [illegible]

probavimus in multis vicibus multis, quod diligens ſit, nunc autem
multo ſtudioſior, confidentia multa erga vos: Sive pro Tito, ſocius 23
meus, et in vos adjutor: ſive fratres noſtri, Apoſtoli Eccleſiarum,
gloria Chriſti. Demonſtrationem igitur charitatis veſtræ, et gloria- 24
tionis [*noſtræ*] de vobis, in illos oſtendite, in conſpectu Eccleſiarum.

CAP. IX. De quidem enim miniſterio in ſanctos, ſuperfluum eſt mihi ut ſcri- 1
bam vobis. Scio enim promptitudinem veſtram, quam de vobis 2
gloriatus ſum Macedonibus, quod Achaia parata eſt a præterito
anno: et zelus qui *erat* ex vobis, provocavit multos. Miſi autem, 3
fratres, ut ne gloriatio noſtra quæ de vobis inanis fiat in parte hac:
* ſed ✓, ut (quemadmodum dicebam) parati ſitis. Ne forte ſi ve- 4
niant mecum Macedones, et inveniant vos imparatos, erubeſcamus

nos, ut non dicamus vos, in ſubſtantia hac gloriationis. Neceſſarium
igitur duxi rogare fratres, ut præeant ad vos, et præparent prædic-
tam benedictionem veſtram, ut hæc parata ſit, ſic quaſi benedictio,
et non ſicut avaritia. Hoc autem; Qui ſeminat parce, parce et
metet: et qui ſeminat in benedictionibus, in benedictionibus et
metet. Unuſquiſque ſicut cogitat in corde ſuo: non ex triſtitia,
aut ex neceſſitate: datorem enim hilarem diligit Deus. Potens eſt
autem Deus, ut omnem gratiam abundare faciat in vos: ut in om-
nibus omni tempore omne quod ſufficiat vobis habentes, abundetis
in omni opere bono. Sicut ſcriptum eſt; Diſperſit, dedit pauperi-
bus: juſtitia ejus manet in æternum. Qui autem dat ſemen ſemi-

1 [illegible] In margine MSti εν τη υποστασει—[illegible]

natori, et panem ad eſcam, det et multiplicet ſementem veſtram, et
augeat fructus juſtitiæ veſtræ : In omni re locupletemini in omnem 11
ſimplicitatem, quæ perficit † per nos gratiarum actionem Deo. Nam 12
miniſterium functionis hujus non ſolum ſupplementum penuriæ
Sanctorum eſt, ſed etiam redundat per gratiarum actiones multas
Deo : Per probationem miniſterii hujus glorificantes Deum in obe- 13
dientia confeſſionis veſtræ in Evangelium Chriſti, et in ſimplicitate
communicationis in vos ipſos et in omnes : Et in déprecatione ipſo- 14
rum pro vobis, deſiderantium vos propter magnitudinem gratiæ Dei
in vobis. Gratia autem Deo ſuper dono ipſius ineffabili. 15

CAP. X. Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per lenitatem et humilitatem 1

1 حمِ بحلے] In margine MSti ὑμων—بحلے (حمِ)
† per nos] Lectio Marg. (per) Vos

Chriſti: qui ſecundum faciem quidem humilis ſum inter vos, abſens
2 autem confido in vobis. Rogo autem, ne quum præſens *ſim* fiducia
agam confidentia, qua cogito audere in quoſdam, qui arbitrantur de
3 nobis quaſi ſecundum carnem ambulemus. In carne enim ambulan-
4 tes, non ſecundum carnem militamus. Arma enim militiæ noſtræ
5 non carnalia *ſunt*, ſed valida Deo, ad deſtructionem munitionum:
Cogitationes demolimur, et omnem altitudinem quæ *ſeſe* extollit ad-
verſus cognitionem Dei, et captivum reddimus omnem intellectum ad
6 obedientiam Chriſti: Et in promptu habemus ulciſci omnem inobe-
dientiam, quum impleta fuerit obedientia veſtra.

7 Quæ ſecundum faciem intuemini? ſi quis confidit de ſeipſo
quod Chriſti ſit, hoc reputet ex ſeipſo, quia quemadmodum ipſe

Chriſti, ita et nos. † Etſi enim amplius aliquid glorier de poteſtate 8
noſtra, quam dedit nobis Dominus ad ædificationem, et non ad de-
ſtructionem veſtram, non erubeſcam : Ut non videar tanquam terrere 9
vos per epiſtolas. Quoniam epiſtolæ quidem, inquiunt, graves et 10
validæ *ſunt*, præſentia autem corporis infirma, et ſermo contempti-
bilis. Hoc cogitet qui hujuſmodi *eſt*, quia quales ſumus verbo per 11
epiſtolas quum abſentes *ſumus*, tales et quum præſentes *ſumus*, opere.
Non enim audemus judicare aut comparare noſipſos cum quibuſdam 12
ex iis qui ſeipſos commendant : ſed ipſi in ſeipſis ſemetipſos meti-
entes, et comparantes ſeipſos ſemetipſis, non intelligunt. Nos au- 13
tem non in iis quæ ſine menſura gloriabimur, ſed ſecundum menſuram

1 ܐܦ ܕ݂ܐܢ ܠܐ] In margine MSti ܐ (ܐܦ ܕ݂ܐܢ ܠܐ)
† Etſi enim] Lectio Marg. (Etſi enim) Et

regulæ, quam diſtribuit nobis Deus, menſuram ut pertingeremus
14 etiam uſque ad vos. Non enim quaſi non pertingamus ad vos,
ſuperextendimus [*noſipſos*]. Uſque enim et ad vos pervenimus in
15 Evangelio Chriſti. Non in iis quæ ſine menſura gloriantes, in labo-
ribus alienis: ſpem autem habentes, ut creſcente fide veſtra, in vo-
16 bis magnificemur ſecundum regulam noſtram; Ut redundemus et
in iis *regionibus* quæ ultra vos ad evangelizandum, non in regula
17 aliena, in iis quæ parata ſunt gloriari. Qui autem gloriatur, in Do-
18 mino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille eſt proba-
tus, ſed is quem Dominus commendat.

1 Utinam autem toleraretis meam pauliſper inſipientiam: ſed et CAP. XI.
2 tolerate me. Æmulor enim vos æmulatione Dei: deſpondi vos

enim viro uni, ut virginem puram ſiſtam Chriſto. Metuo autem, 3
ne, quemadmodum ſerpens Evam ſeduxit in aſtutia ſua, ita cor-
rumpantur mentes veſtræ a ſimplicitate ⁜ et puritate ↙ quæ *eſt* in
Chriſto. Si quidem enim is qui venit, alium Jeſum prædicet, quem 4
non prædicavimus; aut ſpiritum alium accipiatis, quem non acce-
piſtis: aut evangelium aliud quod non recepiſtis, recte aſſenſum
præberetis. Exiſtimo enim quod nihilo minor ſim quam Apoſtoli 5
ſummi. Si ⁜ autem ↙ et rudis ſermone, ſed non in cognitione: ſed 6
in omni re manifeſti ſumus in omnibus apud vos. Aut peccatum 7
feci, quod meipſum humiliaverim, ut vos exaltemini, quoniam gratis
Evangelium Dei prædicaverim vobis? Alias Eccleſias expoliavi, ac- 8

1 [عصصا] In margine MSti [ابا صبضصب]

9 cipiens ſtipendium, ad miniſterium veſtrum: Et quum eſſem apud
vos et egerem, non obtorpui cuiquam: indigentiam enim meam ſup-
pleverunt fratres qui venerant a Macedonia: et in omni re inonero-
10 ſum meipſum ſervavi vobis, et ſervabo. Eſt veritas Chriſti in me,
quoniam gloriatio ⁜ mea ↙ hæc non abolebitur in me in regionibus
11
12 Achaiæ. Quapropter? Quia non diligo vos? Deus novit. Quod
autem facio, et faciam, ut amputem occaſionem eorum qui volunt
13 occaſionem, ut in quo gloriantur, inveniantur ſicut et nos. Illi enim
qui tales *ſunt* pſeudo-apoſtoli, operarii doloſi, transfigurantes ſe in
14 Apoſtolos Chriſti. Et non mirandum: ipſe enim Satanas transfi-
15 gurat ſe in angelum lucis. Non magnum *eſt* ergo, ſi et miniſtri

ܢܗ ||] In margine MSti ... ||—ʙ κατεναρκησα ... ||—ʟ ܢܗ ||—ʟ ... ||—ʟ ... ||—ʟ ...

ejus transfigurent ſe tanquam miniſtri juſtitiæ: quorum finis erit
ſecundum opera ipſorum. Rurſum dico, ne quis de me putet, quod 16
deſipiens ſim: alioquin etiam ut inſipientem accipite me, ut quiddam
etiam ego glorier. Quod loquor, non loquor ſecundum Dominum, 17
ſed quaſi in infipientia, in hac præfidentia gloriationis. Quoniam 18
multi gloriantur in carne, et ego gloriabor. Libenter enim ſuffertis 19
inſipientes, quum ſapientes eſtis. Suffertis enim, ſi quis in fervitutem 20
redigit vos, ſi quis devorat, ſi quis accipit, ſi quis extollit ſeſe, ſi quis
in faciem vos cædit. Tanquam cum ignominia dico: quaſi nos 21
infirmi eſſemus: in quocunque autem quis audet, in deſipientia
dico, audeo et ego. Hebræi ſunt? et ego: Iſraelitæ ſunt? et ego: 22

23 Semen Abrahami ſunt? et ego: Miniſtri Chriſti ſunt? (deſipiens
loquor) magis ego: in laboribus abundantius; in plagis ſupra mo-
24 dum; in carceribus amplius; in mortibus temporibus multis. A
25 Judæis quinquies quadragenas *plagas* præter unam accepi. Ter
virgis cæſus ſum; ſemel lapidatus ſum; ter naufragium feci; noc-
26 tem et diem in profundo egi: Itineribus ſæpe, periculis fluminum,
periculis latronum, periculis ex genere *meo*, periculis ex gentibus,
periculis in civitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis
27 ex fratribus falſis: In labore et in fatigatione, in vigiliis ſæpe, in
28 fame et in ſiti, in jejuniis ſæpe, in frigore et nuditate; Præter illa

1 [illegible] In margine MSti

quæ *ſunt* extrinſecus, cœtus qui eſt ſuper me quotidie, ſolicitudo
omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, et non infirmor? quis 29
offenditur, et non et ego uror? Si gloriari oporteat, de iis quæ infir- 30
mitatis meæ *ſunt*, gloriabor. Deus et Pater Domini Jeſu novit, 31
qui eſt benedictus in ſecula, quod non mentiar. Damaſci, ethnar- 32
cha Aretæ regis cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, volens appre-
hendere me. Et per feneſtram in ſporta demiſſus ſum per murum, 33
et effugi manus ejus.

CAP. XII. Gloriari oportet, non ⸗ autem ✓ expedit mihi: veniam enim ad 1
viſiones et revelationes Domini. Novi hominem in Chriſto, ante 2
annos quatuordecim (ſive in corpore, neſcio; ſive extra corpus, neſ-
cio; Deus novit): raptum hujuſmodi uſque ad cœlum tertium.

1 [illegible] In margine MSti [illegible]

3 Et novi hujuſmodi hominem (ſive in corpore, ſive extra corpus neſ-
4 cio, Deus novit): Qui raptus eſt in paradiſum, et audivit verba in-
5 effabilia, quæ non licet homini eloqui. Super ejuſmodi gloriabor:
6 de meipſo autem non gloriabor, niſi in infirmitatibus. Si enim vo-
luero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam: parco au-
tem, ne quis exiſtimet de me plus quam quod videt me, aut audit
7 aliquid ex me. Et ne magnitudine revelationum efferrer, datus eſt
mihi ſtimulus carni, angelus Satan, ut colaphis cædat me, ut ne ef-
8
9 ferar. Super hoc ter Dominum rogavi, ut diſcederet a me. Et
dixit mihi; Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate
perficitur. Libenter igitur magis gloriabor in infirmitatibus, ut in-

* σκολοψ
* σαταν

habitet in me virtus Chriſti. Propterea acquieſco in infirmitatibus, 10
in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in afflictionibus
pro Chriſto: quum enim infirmus ſum, tunc potens ſum. Factus 11
ſum inſipiens in gloriando: vos me coegiſtis. Ego enim debui a
vobis commendari: non enim ulla in re inferior fui apoſtolis ſum-
mis, etiamſi nihil ſum. Indicia quidem Apoſtolorum edita ſunt in 12
vobis, in omni patientia, in ſignis, et in prodigiis, et in virtutibus.
Quid enim eſt in quo inferiores fueritis reliquis Eccleſiis, niſi quod 13
ipſe ego non obtorpui vobis? Condonate mihi injuriam hanc. Ecce 14
tertio hoc parate habeo venire ad vos, et non obtorpeſcam vobis.
Non enim quæro quæ veſtra *ſunt*, ſed vos. Non enim debent filii
parentibus reponere theſauros, ſed parentes filiis. Ego autem liben- 15

ter ſumptus impendam, et ſumptus ero pro animabus veſtris:
16 etiamſi abundantius diligam vos, minus diligar. Eſto autem: ego
autem non oneri fui vobis, ſed quum ſim aſtutus, dolo cepi vos.
17
18 Num per quemquam ex iis quos miſi ad vos, expilavi vos? Rogavi
Titum, et miſi cum eo fratrem. Num aliquâ *in* re expilavit vos
Titus? nonne eodem Spiritu ambulavimus? nonne iiſdem veſtigiis?
19 Rurſum putatis quod vobis nos excuſemus? Quaſi coram Deo in
Chriſto loquimur: hæc autem omnia, dilecti mei, propter ædifica-
20 tionem veſtram. Vereor † enim, ne, quum venero, non quales volo
inveniam vos: et etiam ego inveniar vobis qualem non vultis: ne
forte contentiones, æmulationes, iræ, incitamenta, obtrectationes,

1 ﻢ] In margine MSti ﻢ?
† enim,] Lectio Marg. Autem,

ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones: Ne iterum quum venero, humi- 21
liet me Deus ⁜ meus ↙ apud vos, et lugeam propter multos ex iis
qui ante peccaverunt, et non reſipuerunt ſuper impuritate, et ſcor-
tatione, et laſcivia quam patraverunt.

CAP. XIII. Hoc tertio venio ad vos: ut per os duorum teſtium aut trium 1
ſtabile ſit omne verbum. Prædixi, et prædico, præſens ſecunda 2
vice ↙, et abſens nunc ſcribo iis qui ante peccaverunt, et reliquis
omnibus, Quoniam ſi rurſus venero, non parcam. Propterea quod 3
experimentum quæritis Chriſti loquentis in me, qui erga vos non in-
firmus, ſed potens eſt in vobis: Etenim ſi crucifixus eſt ex infirmi- 4
tate, tamen vivit ex virtute Dei. Etenim nos infirmi ſumus in eo,
ſed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis. Voſipſos tentate ſi 5

eſtis in fide : voſipſos probate. Aut non cognoſcitis voſmetipſos,
6 quia Jeſus Chriſtus in vobis eſt, niſi ⁜ αρα ✓ reprobi eſtis ? Spero
7 autem quod cognoſcetis, quia nos non ſumus reprobi. Oramus autem
apud Deum, ut non faciatis mali quicquam, non ut nos probati ap-
pareamus, ſed ut vos bonum faciatis, nos autem ut reprobi ſimus.
8 Non enim poſſumus aliquid adverſus veritatem, ſed pro veritate.
9 Gaudemus enim quum nos infirmi ſumus, vos [*autem*] validi eſtis :
10 hoc enim et oramus, perfectionem veſtram. Propter hoc hæc abſens
ſcribo, ut præſens non duriter utar, ſecundum poteſtatem quam
dedit mihi Dominus ad ædificationem, et non ad deſtructionem.
11 Proinde, fratres mei, gaudete, perfecti eſtote, conſolationem ha-

ܫܠܡܘ ܗܘ ܒܗܕ ܗܘ ܘܐܠܗܐ ܕܚܘܒܐ ܘܫܠܡܐ ܢܗܘܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܫ
ܠܡܘ ܐܚ ܠܚ ܒܢܫܩܐ ܕܩܘܕܫܐ ܫܠܡ ܠܟܘܢ ܟܠ ܩܕܝܫܐ ܐ ܟ
ܢ ܢܗܘܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܝ ܨܒܝܢ ܐܢܐ ܕܢܥܒܕ ܠܟܘܢ ܒܫܘܒܚܐ ܘ ܒ
ܬܘܕܝܬܐ ܐܠܐ ܒܚܕ ܒܪ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ ܚܘܒܐ ܠܘܬ ܐܚ ܘ ܠ
ܐ ܢܬܚܙܐ ܠܟܘܢ ܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐܠܐ ܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐ ܢ
ܬܚܙܐ ܠܟܘܢ ܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐ ܐ ܢ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܒܥܠ ܡ
ܘܕܥܐ ܐ ܐ ܐ ܢ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐ ܐ ܢ ܢ
ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐ ܐ ܢ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܒܥ
ܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐ ܐ ܢ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐ ܐ ܢ
ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܐ ܐ ܐ ܢ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܒ
ܥ

# EPISTOLA PAULI

## AD GALATAS.

1 PAULUS Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, CAP. I.
ſed per Jeſum Chriſtum, et Deum Patrem, qui ſuſcitavit eum ex
2 mortuis: ⁜ Et omnes ✓ fratres qui mecum *ſunt*, Eccleſiis Galatiæ:
3 Gratia vobis et pax a Deo Patre, et Domino noſtro Jeſu Chriſto:
4 Qui dedit ſeipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos de ſeculo
5 malo hoc præſenti, ſecundum voluntatem Dei et Patris noſtri. Cui
gloria in ſecula ſeculorum. Amen.
6 Miror quod ita cito diſceditis ab eo † qui vocavit vos in gratia

1 †] In margine MSti: Lectio Marg. †

* Jeſu ✓ Chriſti, in aliud evangelium : Quod non eſt aliud ; ſi non 7
quidam ſunt qui conturbant vos, et volunt invertere evangelium
Chriſti. Sed etiam ſi nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis 8
præter id quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædixi- 9
mus, et nunc rurſus dico ; Si quis vobis evangelizaverit, præter id
quod accepiſtis, anathema ſit. Nunc enim hominibus ſuadeo aut 10
Deo ? aut quæro hominibus placere ? Si enim adhuc hominibus
placerem, Chriſti ſervus non eſſem.

Notum facio autem vobis, fratres mei, evangelium quod prædica- 11
tum eſt a me, quia non eſt ab homine. Neque enim ego ab ho- 12
mine accepi illud, neque didici illud : ſed per revelationem Jeſu
Chriſti. Audiviſtis enim converſationem meam olim in Judaiſmo, 13

quod ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, et ſpoliabam eam.
14 Et proficiebam in Judaiſmo magis quam multi coætanei in gente
mea, quum abundantius æmulator eſſem traditionum paternarum
15 mearum. Quum autem voluit ⁜ Deus ↙ qui ſegregavit me ab
16 utero matris meæ, et vocavit me per gratiam ſuam, Revelare Filium
ſuum in me, ut evangelizarem illum inter gentes, ſtatim non reve-
17 lavi carni et ſanguini : Neque † aſcendi Hieroſolymam ad Apoſtolos
qui *erant* ante me : ſed abii in Arabiam, et rurſus reverſus ſum Da-
18 maſcum. Deinde poſt annos tres aſcendi Hieroſolymam videre
19 ‡ Petrum : et manſi apud eum dies quindecim. Alium autem ex

| | | |
|---|---|---|
| 1 Λοσι ιλ] | In margine MSti | επορευον —— ω:; . ملحـ . خلا . محا |
| 2 Λكهه] | | Λكأ |
| 3 ωοιهكهـ] | | كحاها |
| † aſcendi] | Lectio Marg. | Ivi |
| ‡ Petrum] | | Cepham |

Apoſtolis non vidi, niſi Jacobum fratrem Domini. Quæ autem 20
ſcribo vobis, ecce † coram Domino, quia non mentior. Poſtea veni 21
in regiones Syriæ et Ciliciæ. Eram autem ignotus facie Eccleſiis 22
quæ in Judæa, quæ in Chriſto. Solum autem audientes erant, 23
Quoniam ille qui perſequebatur nos aliquando, nunc evangelizat
fidem quam olim perſequebatur: Et glorificabant in me Deum. 24

CAP. II. Deinde, poſt quatuordecim annos, rurſus aſcendi Hierſolymam cum 1
Barnaba, aſſumens mecum et Titum. Aſcendi autem per revelati- 2
onem, et patefeci iis evangelium quod prædico inter gentes: ſeorſim
autem iis qui reputabantur, ne forte* in vacuum cucurriſſem, aut
currerem. Sed neque Titus qui mecum, qui erat gentilis, coactus 3

1 لوحنا مصه] In margine MSti ]حسلا (مصه)
† coram Domino] Lectio Marg. (coram) Deo.

4 ut circumcidat: Propter autem subintroductos fratres falsos, qui in-
gressi sunt ad explorandum libertatem nostram, quam habemus in
5 Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent. Quibus neque ad ho-
ram abscimus nos ad subjectionem, ut veritas evangelii maneret
6 apud vos. Ex iis autem qui reputabantur quod essent aliquid, quales
aliquando fuerint, nihil differt mihi; faciem hominis Deus non acci-
7 pit. Mihi enim illi qui reputabantur nihil addiderunt. Sed e con-
tra, quum vidissent, quod concreditum est mihi evangelium præ-
8 putii, sicut Petro circumcisionis. (Qui enim operatus est in Petro
apostolatum circumcisionis, operatus est etiam in me apud Gentes.)
9 Et [*quum*] cognovissent gratiam #Dei ✓ quæ data est mihi, Jacobus

1 ⁊ ⁊ ⁊

et Cephas et Johannes, qui reputabantur quod columnæ eſſent, dextras dederunt mihi [*et Barnabæ*] ſocietatis, ut nos quidem in gentes, ipſi autem in circumciſionem: Solum ut pauperum eſſemus memores: quod et ſolicitus fui hoc ipſum facere.

Quum autem veniſſet † Petrus Antiochiam, in faciem ei obſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum gentibus comedebat; quum autem veniſſent, ſubtrahebat et ſeparabat ſeſe, timens eos qui ex circumciſione. Et ſubjecerunt ſeſe cum eo ſimulationi et reliqui Judæi: adeo ut et Barnabas abductus ſit cum iis ad ſimulationem eorum. Sed quum vidiſſem

1 ܫܡܥܘܢ] In margine MSti حاصا
† Petrus] Lectio Marg. Cephas

quod non recte ambularent ad veritatem evangelii, dixi Petro coram
omnibus; Si tu qui Judæus es, Gentiliter vivis, et non Judaice, cur
15 Gentes cogis Judaice vivere? Nos autem qui natura Judæi, et non
16 peccatores ex Gentibus: Scientes quod non juſtificatur homo ex
operibus legis, niſi per fidem Jeſu Chriſti: et nos in Jeſum Chriſ-
tum credidimus, ut juſtificaremur ex fide Chriſti # Jeſu✓, et non
ex operibus legis: quia ex operibus legis non juſtificatur ulla caro.
17 Si autem, dum quærimus juſtificari per Chriſtum, reperiamur et
18 nos peccatores, num Chriſtus miniſter eſt peccati? Abſit. Si enim
quæ deſtruxi, ea rurſus ædifico, tranſgreſſorem legis meipſum conſti-
19 tuo. Ego enim per legem legi mortuus ſum, ut Deo vivam: Cum
20 Chriſto crucifixus ſum. Vivo autem, non amplius ego: vivit autem

in me Chriſtus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo illa
Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit ſeipſum pro me. Non rejicio 21
gratiam Dei. Si enim per legem juſtitia, ergo Chriſtus fruſtra mor-
tuus eſt.

CAP. III. O ſine mente Galatæ, quis faſcinavit vos, ut veritati non obſe- 1
quamini, quibus ante oculos veſtros Jeſus Chriſtus prius depictus eſt,
inter vos crucifixus? Hoc ſolum volo diſcere a vobis; Ex operibus 2
legis Spiritum accepiſtis, aut ex auditu fidei? Sic ſine mente eſtis, 3
ut quum cœperitis Spiritu, nunc carne perficiatis? Hæc omnia 4
paſſi eſtis fruſtra? ſi modo et fruſtra. Qui igitur dat vobis Spiri- 5
tum, et efficit virtutes in vobis: ex operibus legis, aut ex auditu
fidei? Sicut Abrahamus credidit Deo, et imputatum eſt ei ad juſti- 6

7 tiam. Cognoſcite igitur, quod ii qui ex fide, ipſi ſunt filii Abrahami.
8 Præcognoſcens autem ſcriptura, quia ex fide juſtificat gentes Deus,
ante evangelizavit Abrahamo; Quia benedicentur in te omnes gen-
9 tes. Itaque illi qui ex fide, benedicentur cum fideli Abrahamo.
10 Omnes enim ⸗ qui ↙ ex operibus legis ſunt, ſub maledictione ſunt:
ſcriptum eſt enim; Maledictus eſt omnis qui non permanſerit in
11 omnibus ſcriptis in libro legis, ad faciendum ea. Quoniam in lege
autem nullus juſtificatur apud Deum, notum eſt: quia juſtus ex
12 fide vivet. Ipſa autem lex non eſt ex fide: ſed † is qui fecerit ea,
13 vivet in iis. Chriſtus redemit nos de maledictione legis, dum factus
eſt pro nobis maledictio: ſcriptum eſt enim; Maledictus eſt quiſ-

1 بحجٍ ooi!] In margine MSti (بحجٍ ooi) صبعا
† is qui fecerit] Lectio Marg. Homo (qui fecerit)

quis pendet in ligno. Ut in gentes benedictio Abrahami fieret in 14
Chriſto Jeſu; ut promiſſionem Spiritus acciperemus per fidem.
Fratres mei, (ſecundum hominem dico,) tamen teſtamentum homi- 15
nis quod confirmatum eſt, nemo rejicit aut mutat. Abrahamo au- 16
tem dictæ ſunt promiſſiones, et ſemini ejus. Non dicit; Et ſemi-
nibus, tanquam in multis, ſed tanquam in uno, et ſemini tuo, qui
eſt Chriſtus. Hoc autem dico; Teſtamentum quod ante confir- 17
matum eſt a Deo in Chriſto, lex, quæ poſt quadringentos et triginta
annos facta eſt, non ſolvit, ut irritam faciat promiſſionem. Si enim 18
ex lege eſt hæreditas, non jam ex promiſſione: Abrahamo autem

1 دهط] In margine MSti دهط سلم

2 ب: ×ممحلا] متما حه حبعا كحلا. متما ×ممحلا: حمب همنما
متما ٣ا. ؛بحصص متما هـ. ؛امسص متما حه.
؛همص متما ص. حطرب متما معب. امسما
متما لكـ.

19 per promiſſionem dedit Deus. Quid igitur Lex? Propter tranſ-
greſſiones addita eſt, donec veniret ſemen cui promiſſum erat, ordi-
20 nata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non
21 eſt: Deus autem unus eſt. Lex igitur adverſus promiſſiones Dei?
Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet vivificare, vere ex lege
22 eſſet juſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, ut pro-
23 miſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur illis qui credunt. Ante autem
quam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in fidem
24 quæ futura erat revelari. Itaque lex pædagogus noſter fuit in
25 Chriſtum, ut ex fide juſtificaremur. Quum venit autem fides, non
26 amplius ſub pædagogo ſumus. Omnes enim vos qui in Chriſtum

baptizati eſtis, filii Dei eſtis, per fidem quæ *eſt* in Chriſto Jeſu. Omnes enim ÷ qui ↙ in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Judæus, neque Gentilis: non eſt ſervus, neque liber: non eſt maſculus ⁜ neque ↙ fœmina: omnes enim vos unus eſtis in Chriſto Jeſu. Si autem vos Chriſti, ergo Abrahami ſemen eſtis, et ſecundum promiſſionem hæredes. Dico autem; Quamdiu hæres infans eſt, nihil differt a ſervo, quum dominus omnium ſit: Sed ſub tutoribus eſt et curatoribus, uſque ad præfinitionem patris. Sic et nos, quum eſſemus infantes, ſub elementis mundi eramus in ſervitutem redacti. Quum autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, qui factus eſt ex muliere, qui factus eſt ſub lege: Ut eos qui ſub lege redimeret, ut adoptionem filiorum accipere-

CAP. IV.

⁜ διαφερει

6 mus. Quoniam autem eſtis filii, miſit Deus ſpiritum Filii ſui in
7 corda veſtra, clamantem, Abba, Pater. Itaque non amplius † es ſervus, ſed filius: ſi autem filius, et hæres Dei per Jeſum Chriſtum.
8 Sed tunc quidem quum ignoraretis Deum, ſerviebatis iis qui non
9 ſunt natura dii. Nunc autem quum cognoveritis Deum, potius autem cogniti ſitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad illa ele-
10 menta infirma et egena, quibus rurſus denuo ſervire vultis? Dies
11 obſervatis, et menſes, et tempora et annos. Timeo vos, ne forte
12 fruſtra laboraverim erga vos. Eſtote ſicut ego, quia et ego ſicut vos

1 بعد] In margine MSti بعد سع

2 امسو حجبا الا حنما. ال :سع حنما اف مزلا] امدحم حجبا الا حنما. ال :سع حنما اف مزلا

† es ſervus, ſed filius: ſi autem filius, et hæres -] Lectio Marg. Eſtis ſervi, ſed filii: ſi autem filii, et hæredes --

ſum. Fratres mei, obſecro vos: nulla in re me injuria affeciſtis.
Scitis autem quia per infirmitatem carnis meæ evangelizaverim vo- 13
bis prius: Et tentationem meam, quæ *fuit* in carne mea, non ſpre- 14
viſtis, neque reſpuiſtis: ſed ſicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut
Chriſtum Jeſum. † Quæ erat igitur beatitudo veſtra? Teſtor enim 15
vobis, quia, ſi poſſibile eſſet, oculos veſtros eruiſſetis et dediſſetis
mihi. Itaque inimicus veſter factus ſum, quod veritatem confirmavi 16
vobis? Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, ut ipſos 17
æmulemini. Bonum eſt autem æmulari in bono ſemper, et non 18
ſolum dum præſens ſum apud vos. Filii mei, quos iterum partu- 19
rio, donec formetur Chriſtus in vobis: Vellem autem eſſe præ- 20

1 عدله] In margine MSti اصحه

† Quæ erat] Lectio Marg. Ubi erat

ſens apud vos nunc, et mutare vocem meam: quoniam hæſito in vobis.

21 Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem non auditis? Scriptum
22 eſt enim; Quoniam Abrahamus duos filios habuit: unum de an-
23 cilla, et unum de libera. Sed is quidem qui de ancilla, ſecundum
24 carnem natus eſt: qui autem de libera, per promiſſionem. Quæ ſunt dicta naturaliter ⸗ in parabola ↙. Hæc enim ſunt duo teſta-
menta: unum quidem a monte Sinai, quod ad ſervitutem generat,
25 quod eſt Agar. Agar enim mons Sinai eſt in Arabia, reſpondens autem Hieroſolymæ quæ nunc *eſt*; ſervit ſervitutem † enim cum
26 filiis ſuis. Illa autem Hieroſolyma quæ ſurſum *eſt*, libera eſt: quæ

1 ]  In margine MSti
† enim]  Lectio Marg.  Autem.

27 ܗܘ ܕܐܡ ܕܠܐ ܝܠܕܬ ܚܕܝ ܘܩܪܝ ܕܠܐ ܡܚܝܠ ܐܡܪ ܓܒ ܕܝܬ ܝܬܝܪ ܒܢܝ ܕܡܣܬܝܢܬܐ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܥܠܐ ܗܟ ܐܢܚܢ ܐܚܝ ܒܢܝ ܕܝܠܦ ܐܝܣܚܩ ܒܢܝ ܕܡܘܥܕܐ ܐܢܚܢ ܡܢ ܗܟ ܕܗܘ ܒܙܡܢܐ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܒܒܣܪܐ ܪܕܦ ܠܗ ܠܗܘ ܕܒܪܘܚܐ ܗܟ ܐܦ ܗܫܐ ܡܐ ܐܡܪ ܟܬܒܐ ܓܪܫ ܠܐܡܬܐ ܘܒܪܗ ܐܡܬܐ ܠܐ ܢܝܪܬ ܒܪ ܐܡܬܐ ܥܡ ܒܪ ܚܪܬܐ ܗܟ ܐܚܝ ܒܢܝ ܠܐ ܐܢܚܢ ܒܢܝ ܐܡܬܐ ܐܠܐ ܚܪܬܐ ܒܚܪܝܪܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܝܬ ܠܢ ܕܒܚܪܝܪܘܬܐ ܗܘ ܩܝܡܘ ܘܠܐ ܬܬܚܛܦܘ ܬܘ ܒܥܘܠܐ ܕܥܒܕܘܬܐ

CAP. V. ܐ

2

eſt † mater omnium noſtrum. Scriptum eſt enim; Lætare, ſterilis, 27
quæ non paris; erumpe et clama quæ non parturis: quoniam plures ſunt filii deſertæ, quam ejus quæ habet virum. Nos autem, 28
fratres mei, ſecundum Iſaacum, filii promiſſionis ſumus. Sed quemadmodum tunc is qui ſecundum carnem natus eſt, perſequebatur 29
eum qui ſecundum ſpiritum: ita et nunc. Sed quid dicit ſcriptura? 30
Ejice ancillam et filium ejus. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Nempe, fratres mei, non ſumus filii ancillæ, ſed 31
liberæ.

CAP. V. In libertate, qua Chriſtus ‡ redemit nos, ſtate: et ne iterum jugo 1
ſervitutis ſubjiciamini. Ecce ego Paulus dico vobis; Quoniam ſi 2

1 ܚܠ ܒ ] In margine MSti ܒ (ܚܠ)
2 ]
† mater omnium noſtrum] Lectio Marg. (mater) Noſtra.
‡ redemit] Liberavit

3 circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtor autem rurſum
omni homini qui circumciditur, quoniam debitor eſt totam legem
4 implere. Deſciviſtis a Chriſto, qui in lege juſtificamini: a gratia
5 excidiſtis. Nos enim Spiritu ex fide ſpem juſtitiæ expectamus. In
6 Chriſto enim Jeſu, neque circumciſio quicquam valet, neque præ-
7 putium: ſed fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene:
8 quis vos impedivit, ut veritati non aſſenſum præberetis? Perſuaſio
9 non ex eo qui vocat vos. Modicum fermenti totam maſſam fer-
10 mentat. Ego autem confido in vobis in Domino, quod nihil aliud
ſentiatis: qui autem turbat vos, portabit judicium, quicunque fuerit.
11 Ego autem, fratres mei, ſi circumciſionem adhuc prædico, quid ad-
huc perſecutionem patior? Nempe abolitum eſt offendiculum cru-

cis. Utinam ⊤ autem ↙ etiam ⊤ omnes ↙ abſcindantur, qui ineſ- 12
cant vos.

Vos autem ad libertatem vocati eſtis, fratres mei: tantum ne 13
libertas ⁜ veſtra ↙ *ſit* in occaſionem carni, ſed per charitatem ſervite
alii aliis. Tota enim lex † in paucis completur, in hoc; Diliges 14
proximum tuum ſicut teipſum. Si autem alii alios mordetis et 15
comeditis, videte ne alii ab aliis conſumamini.

Dico; Spiritu ambulate, et concupiſcentiam carnis non perficietis. 16
Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus autem adverſus 17
carnem: hæe autem oppoſita ſunt inter ſe: ut non quæcunque
vultis, eadem faciatis. Si autem ſpiritu ducimini, non amplius eſtis 18

1 [ܚܕܐ] In margine MSti ܒܚܕ ܡܠܬܐ
† in paucis] Lectio Marg. In uno verbo

19 ſub lege. Nota autem ſunt opera carnis: quæ ſunt, adulterium,
20 ſcortatio, impuritas, laſcivia, Idololatria, veneficia, inimicitiæ, lites,
21 æmulationes, iræ, rixæ, diſſidia, hæreſes, Invidiæ, cædes, ebrietates,
commeſſationes, et his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut et prædixi,
22 quod ii qui talia agunt, regnum Dei non hæreditabunt. Fructus
autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas,
23 bonitas, fides, manſuetudo, patientia: Adverſus ejuſmodi non eſt
24 lex. Qui autem Chriſti *ſunt*, carnem crucifixerunt cum paſſionibus,
25 et concupiſcentiis. Vivamus igitur Spiritu, et Spiritu ambulemus.
26 Ne ſimus vacui gloria, provocantes alii alios, et invidentes alii
1 aliis. Fratres mei, ſi et præoccupatus fuerit homo ⸗ ex vobis ↙ in CAP. VI.

delicto aliquo, vos qui ſpirituales perficite hujuſmodi in ſpiritu leni-
tatis, conſiderans teipſum, ne et tu tenteris. Onera alii aliorum 2
portate: et ita complete legem Chriſti. Si enim videtur quis eſſe 3
aliquid, quum nihil ſit, ſeipſum fallit animo. Opus autem ſuum 4
probet unuſquiſque, et tunc in ſeipſo tantum gloriationem habebit,
et non in alio. Unuſquiſque enim onus ſuum portabit. 5
Communicet autem qui inſtituitur, ſermonem ei qui inſtituit, in 6
omnibus bonis. Ne errate: Deus non illuditur. Quicquid enim 7
ſeminaverit homo, hoc et metet. Quoniam qui ſeminat in carnem 8
ſuam, de carne metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritum,
de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, ne tæ- 9

10 deat nos: tempore enim noſtro metemus, non deficientes. Nempe
igitur, dum tempus habemus, operemur bonum erga omnes, maxi-
me autem erga domeſticos fidei.

11 Videte qualibus literis vobis ſcripſi manu mea. Quicunque vo-
12 lunt gloriari in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ne ob cru-
13 cem Chriſti perſecutiònem patiantur. Neque enim qui circumci-
duntur, ipſi legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circumcidi, ut in
14 carne veſtra glorientur. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce
Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifigitur, et
15 ego mundo. ⁜ In Chriſto enim Jeſu ↙ neque circumciſio quicquam
16 † valet, neque præputium, ſed creatura nova. Et quicunque juxta

1 ...] In margine MSti ...
2 ...]
† valet] Lectio Marg. Eſt





regulam hanc incedunt, pax ſuper eos et miſericordia, et ſuper Iſra-
elem Dei. Deinceps moleſtias mihi nemo præbeat: ego enim ſtig- 17
mata Domini Jeſu in corpore meo porto. Gratia Domini noſtri 18
Jeſu Chriſti cum Spiritu veſtro, fratres mei. Amen.

*Finita eſt Epiſtola ad Galatas, quæ ſcripta fuit a Roma.*

# EPISTOLA PAULI

## AD EPHESIOS.

1 PAULUS Apoſtolus Chriſti Jeſu, per voluntatem Dei, Sanctis CAP. I.
2 qui ſunt Epheſi, et fidelibus in Chriſto Jeſu: Gratia vobis et pax a
Deo Patre noſtro, et Domino Jeſu Chriſto.
3 Benedictus ſit Deus et Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui
benedixit nobis omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto
4 Jeſu. Sicut elegit nos in ipſo ante fundamentum mundi, ut eſſe-
5 mus ſancti et ſine maculis coram eo in charitate. Quum prædeſti-

1 σΔ⌐⌐⌂;ζ] In margine MSti ⌂⌐⌐⌂ ⌐⌂⌐⌂⌐ ⌐⌂⌐⌂⌐⌂;ζ

naſſet nos in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum in ſeipſum,
ſecundum beneplacitum voluntatis ſuæ, Ad laudem gloriæ gratiæ 6
ſuæ, in qua implevit nos gratia in dilecto ⁜ Filio ſuo ↙. In quo 7
habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem lapſuum,
ſecundum divitias gratiæ ejus : Quæ exuberavit in nos in omni ſapi- 8
pientia et prudentia : Notum faciens nobis myſterium voluntatis 9
ſuæ, ſecundum beneplacitum ſuum, quod prædeſtinavit in ſe : In 10
diſpenſationem plenitudinis temporum, *ut* denuo colligeret omnia in
Chriſto, quæ *ſunt* in cœlis, et quæ in terra, in eo. In quo etiam 11
electi ſumus ∓ ſorte ↙, prædeſtinati ſecundum propoſitum ipſius qui
omnia operatur juxta conſilium voluntatis ſuæ : Ut ſimus in laudem 12
gloriæ ipſius ⁜ et gratiæ ↙, qui prius ſperavimus in Chriſto. In quo 13

et vos audientes verbum veritatis, (evangelium ſalutis veſtræ;) in
14 quo et credentes obſignati eſtis Spiritu Sancto promiſſionis: Qui eſt
arrhabo hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, ad laudem
gloriæ ipſius et gratiæ.
15 Propter hoc et ego ⸗quidem↙ audiens fidem veſtram quæ in
16 Domino Jeſu, et charitatem quæ in omnes ſanctos, Non ceſſo
⸗quidem↙ gratias agere pro vobis, mentionem veſtri faciens ſemper
17 in precibus meis: Ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater glo-
riæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ et revelationis, in agnitione ejus:
18 Illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis quæ ſit ſpes vocationis
19 ejus, et quæ ſint divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in ſanctis: Et quæ

ſit excellentia magnitudinis virtutis ejus in nos qui credimus, ſecun-
dum operationem potentiæ virtutis ejus: Quam operatus eſt in 20
Chriſto, quum ſuſcitavit eum ex mortuis: et ſedere fecit eum ad
dextram ſuam in cœleſtibus, Supra [*omnem*] principatum, et poteſta- 21
tem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nomina-
tur, non ſolum in ſeculo hoc, ſed etiam in futuro. Et omnia ſub- 22
jecit ſub pedibus ejus: et ipſum dedit caput ſupra omnia Eccleſiæ:
Quæ eſt corpus ejus, complementum illius qui omnia in omnibus 23
CAP. II. implet. Et vos qui eratis mortui in lapſibus, et in peccatis veſtris, 1
In quibus olim ambulaſtis, ſecundum ſeculum mundi hujus, ſecun- 2
dum principem poteſtatis aëris, ſpiritûs qui nunc operatur in filiis
inobedientiæ: In quibus et nos omnes converſati ſumus olim in 3

cupiditatibus carnis noſtræ, facientes voluntates carnis et cogitatio-
4 num: et eramus natura filii iræ, ſicut et reliqui. Deus autem qui
dives eſt in miſericordia, propter charitatem ſuam multam qua di-
5 lexit nos, Et quum eſſemus mortui in offenſis, vivificavit ⸗ nos ⸗
6 [*cum*] Chriſto: (gratia eſtis ſervati:) Et ſuſcitavit ⸗ nos ⸗ cum eo,
7 et ſedere fecit cum eo in cœleſtibus in Chriſto Jeſu; Ut oſtenderet
in ſeculis venturis divitias ſupereminentes gratiæ ſuæ, in benignitate
8 quæ erga nos, in Chriſto Jeſu: Gratia enim eſtis ſervati per fidem:
9 (et hoc non ex vobis: Dei ⸗ eſt ⸗ donum.) Non ex operibus, ut
10 ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus opus, creati in Chriſto Jeſu
ad opera bona, quæ præparavit Deus, † ut in eo ambulemus.

| | | |
|---|---|---|
| 1 ܒܗ̇ܘ] | In margine MSti | ܒܗ̇ܘ |
| † ut in eo] | Lectio Marg. | Ut in iis |

Propterea eſtote memores, quod vos quondam gentes in carne, 11
qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circumciſio in carne,
facta manibus. Quia eratis in tempore illo ſine Chriſto, alienati a 12
converſatione Iſraelis, et hoſpites teſtamentorum promiſſionis, ſpem
non habentes, et ſine Deo in mundo: Nunc autem in Chriſto 13
Jeſu, vos qui olim eratis longe, prope facti eſtis, in ſanguine Chriſti.
Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, et parietem me- 14
dium maceriæ ſolvit: Inimicitiam in carne ſua, legem mandatorum 15
in inſtitutionibus abolens, ut duos conderet in ipſo in unum homi-
nem novum, faciens pacem; Et reconciliaret ambos in uno corpore 16

1 ]ܕܬܪܝܢ ܡܢ ܒܣܪܐ ܕܐܦ ܗܘ ܒܪܝܬ ܥܡ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬ ܐܢ ܕܐܡܪ ܠܟ ܥܠ ܓܒ

17 Deo, per crucem, interficiens inimicitiam in ſemetipſo: Et veniens
18 evangelizavit pacem vobis qui longe, et iis qui prope. Quoniam
per ipſum habemus acceſſum ambo in uno Spiritu ad Patrem.
19 Nempe igitur non amplius eſtis hoſpites et advenæ, ſed concives
20 ſanctorum, et domeſtici Dei: Qui ædificati eſtis ſuper fundamento
Apoſtolorum et prophetarum, exiſtente ſummo angulari ipſo Jeſu
21 Chriſto: In quo totum ædificium coagmentatum, creſcit in tem-
22 plum ſanctum in Domino: In quo et vos ædificamini cum eo, in
habitaculum Dei in Spiritu.

CAP. III.

1 Propter hoc ego Paulus vinctus Chriſti Jeſu pro vobis gentibus:
2 Si modo audiviſtis diſpenſationem gratiæ Dei quæ data eſt mihi erga
3 vos: Quoniam in revelatione innotuit mihi myſterium (ſicut prius

ſcripſi in paucis: Ad quod poteſtis, legentes, perpendere intelligen- 4
tiam meam in myſterio Chriſti:) Quod in ætatibus aliis non inno- 5
tuit filiis hominum, ſicuti nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis ejus
et prophetis in Spiritu: Eſſe gentes cohæredes, et concorporales, et 6
conſortes promiſſionis ejus in Chriſto ⁜ Jeſu ↙ per evangelium:
Cujus factus ſum miniſter ſecundum donum gratiæ Dei, quod da- 7
tum eſt mihi, ſecundum efficaciam virtutis ejus. Mihi, minimo 8
omnium ſanctorum, data eſt grątia hæc, inter gentes evangelizare
divitias imperveſtigabiles Chriſti: Et in lucem proferre omnibus, 9
quæ eſt diſpenſatio myſterii quod abſconditum erat a ſeculis et ab
ætatibus in Deo, qui omnia creavit ⁜ per Jeſum Chriſtum ↙. Ut 10
innoteſcat nunc principatibus et poteſtatibus, in cœleſtibus, per ec-

11 cleſiam ſapientia Dei multiformis: Secundum propoſitum quod a
12 ſeculis, quod fecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro. In quo habemus
13 fiduciam et acceſſum in confidentia, per fidem ejus. Quapropter
peto ut me non tædeat in afflictionibus meis pro vobis, quæ eſt glo-
14 ria veſtra. Propter hoc flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri
15 Jeſu Chriſti, Ex quo omnis paternitas † in cœlis et in terra nomi-
16 natur, Ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ, ut virtute corro-
17 boremini per ſpiritum ſuum in homine interiori, *Et* habitet Chriſtus
18 per fidem in cordibus veſtris: in charitate radicati et fundati, Ut
poſſitis aſſequi cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, et longitudo,
19 et profunditas, et ſublimitas: Et cognoſcere charitatem, quæ ſupra

1 [صعظم] In margine MSti [عظما؟]
† in cœlis] Lectio Marg. Cœli. *Vid. Not.*

modum, cognitionis Chriſti, ut impleamini omni plenitudine Dei. Illi autem qui poteſt ſuper omnia facere, ⸗ et ↙ multo magis quam ea quæ petimus aut mente concipimus, ſecundum virtutem illam quæ operatur in nobis: Ipſi gloria in Eccleſia in Chriſto Jeſu, in omnes ætates ſeculi ſeculorum. Amen.

CAP. IV. Obſecro igitur vos ego vinctus in Domino, ut ambuletis quemadmodum convenit vocationi qua vocati eſtis, Cum omni ſubmiſſione animi, et manſuetudine, cum longanimitate, obedientes alii aliis in charitate: Soliciti ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus ſpiritus: ſicut et † vocati eſtis in una ſpe vocationis ‡ veſtræ. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma: Unus Deus

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | ]ܐܬܩܪܝ | In margine MSti | ]ܐܬܩܪܝ |
| 2 | ]ܒܟܠ | | ]ܒ |
| † | vocati eſtis] | Lectio Marg. | Vocati ſumus |
| ‡ | veſtræ] | | Noſtræ. |

et Pater omnium, qui ſuper omnes, et per omnes, et in omnibus
7 nobis. Unicuique autem ex nobis data eſt gratia ſecundum men-
8 ſuram doni Chriſti. Quapropter dicit; Quum aſcendiſſet in altum,
9 captivam duxit captivitatem: et dedit dona hominibus. (Quod au-
tem, aſcendit, quid eſt, niſi quod et deſcendit prius in partes inferi-
10 ores terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt et qui aſcendit ſupra omnes cœ-
11 los, ut impleret omnia.) Et ipſe dedit ⁜ in Eccleſia ✓ hos quidem,
Apoſtolos, hos autem, prophetas, hos autem, evangeliſtas, hos autem,
12 paſtores et doctores: Ad perfectionem ſanctorum, ad opus miniſte-
13 rii, ad ædificationem corporis Chriſti: Donec perveniamus omnes
nos in unitatem fidei et cognitionis Filii Dei, in virum perfectum,
14 in menſuram ſtaturæ † plenitudinis Chriſti. Ut ne amplius ſimus

‡ ]ܕܡܫܝܚܐ ‡ In margine MSti (ܕܡܫܝܚ) ‡ ]ܕܡܫܝܚ

† plenitudinis Chriſti] Lectio Marg. Corporis (Chriſti)

pueri fluctuantes, et circumlati omni vento doctrinæ, in nequitia
hominum, in aſtutia ad inſidias erroris. Firmantes nos ipſos autem 15
in charitate, creſcamus in eum in omnibus, qui eſt caput, Chriſtus:
Ex quo totum corpus coagmentatum et compactum per omnem 16
commiſſuram ſuppeditationis, ſecundum operationem in menſura
uniuſcujuſque partis, incrementum corporis facit ad ædificationem
ſui in charitate.

Hoc igitur dico, et teſtor in Domino, ut non amplius ambuletis, 17
ſicut et reliquæ gentes ambulant, in vanitate mentis veſtræ: Tene- 18
broſi in cogitatione, qui ſunt alienati a vita Dei, propter ignorantiam
quæ eſt in ipſis, propter cæcitatem cordis ipſorum: Qui dedolentes, 19

1 [illegible] In margine MSti [illegible]—κλυδωνιζομενοι
2 [illegible] [illegible]—μερους

ſemetipſos tradiderunt laſciviæ, in operationem omnis impuritatis
20 in exceſſu. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: Si modo audi-
21 viſtis eum, et in ipſo edocti eſtis (ſicut eſt veritas in Jeſu): Ut
22 deponatis quæ ſecundum converſationem veſtram priſtinam, homi-
23 nem veterem, corruptum ſecundum cupiditates erroris: Renove-
24 mini autem ſpiritu mentis veſtræ, Et induatis hominem illum no-
vum, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia et ſanctitate veri-
tatis.

25 Quapropter deponentes mendacium, loquimini veritatem quiſque
26 cum proximo ſuo: quoniam ſumus membra alii aliorum. Iraſci-
27 mini, et ne peccate: ſol ne occidat ſuper iracundia veſtra: Neque
28 date locum diabolo. Qui furabatur, non amplius furetur: potius

autem laboret, operans bonum manibus ſuis, ut habeat ad dandum
cui opus fuerit. Omnis ſermo deteſtabilis ex ore veſtro non pro- 29
deat: ſed is qui eſt bonus ad ædificationem uſûs, ut conferat gra-
tiam iis qui audiunt. Et ne contriſtate Spiritum Sanctum Dei, in 30
quo obſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ex- 31
candeſcentia, et ira, et clamor, et blaſphemia, tollatur a vobis, cum
omni malitia. Eſtote autem alii in alios benigni, miſericordes, con- 32
CAP. V. donantes vobiſipſis, ſicut et Deus in Chriſto condonavit nobis. Eſ- 1
tote igitur imitatores Dei, ſicut filii dilecti. Et ambulate in chari- 2
tate, ſicut et Chriſtus dilexit nos, et tradidit ſeipſum pro nobis obla-
tionem et victimam Deo, in odorem ſuavitatis.

Scortatio autem et omnis impuritas, aut avaritia, nec nominetur 3

4 inter vos, ſicut decet ſanctos: Et obſcœnitas, aut ſtultiloquium, aut
5 ſcurrilitas, quæ non conveniunt: ſed potius gratiarum actio. Hoc
enim eſtis cognoſcentes, quod omnis ſcortator, aut immundus, aut
avarus (qui eſt cultor idolorum), non habet hæreditatem in regno
6 Chriſti et Dei. Nemo vos ſeducat verbis inanibus: propter hæc enim
7 venit ira Dei in filios inobedientiæ. Ne igitur eſtote conſortes eorum.
8 Eratis enim olim tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii
9 lucis ambulate. (Fructus enim ſpiritus in omni bonitate, et juſtitia,
10 et veritate ÷ eſt ↙:) Explorantes quid ſit beneplacitum Domino.
11 Et ne participate opera infrugifera tenebrarum, potius autem et ar-
12 guite. Quæ enim in occulto fiunt ab iis, turpe eſt et dicere. Ipſa
13

1 [ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ] In margine MSti ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲉ ⲛⲓⲙ ⲛⲉ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉⲧⲁⲥⲧⲁⲩⲟ ⲙⲙⲟⲥ

autem omnia dum arguuntur, a luce manifeſtantur: omne enim
manifeſtatum, lux eſt. Propter hoc dicit; Expergiſcere qui dormis, 14
et exſurge a mortuis: et illuminabit te Chriſtus.

Videte igitur quomodo accurate ambuletis: non quaſi inſipientes, 15
ſed ut ſapientes: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. 16
Propterea ne eſtote deſipientes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas 17
Domini. Et ne inebriemini vino, in quo eſt luxus: ſed implemini 18
ſpiritu: Loquentes vobiſmetipſis pſalmis, et hymnis, et cantionibus 19
ſpiritualibus, cantantes et pſallentes † in corde veſtro Domino:
Grátias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Jeſu 20
Chriſti, Deo et Patri. Subjicientes vos alii aliis in timore Chriſti. 21

1 ܒܠܒܟܘܢ ܒܠܒܟ] In margine MSti Lectio Marg. (ܒܠܒܟ̈ܝ) ܠܒܒ̈ܬܟ̈ܘܢ In cordibus veſtris

† in corde veſtro]

22 Uxores, viris veſtris ſubjicite vos, ſicut Domino; Quoniam vir
23 caput eſt mulieris, ſicut et Chriſtus caput Eccleſiæ: et ipſe eſt ſer-
24 vator corporis. Sed ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita et uxores
25 viris ſuis in omnibus. Viri, diligite uxores veſtras, ſicut et Chriſtus
26 dilexit Eccleſiam, et ſeipſum tradidit pro ea: Ut eam ſanctificaret,
27 et mundaret lavacro aquæ in verbo: Ut ſiſteret eam ſibi glorioſam
Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam hu-
28 juſmodi: ſed ut ſit ſancta et abſque macula. Ita debent et viri
diligere uxores ſuas, ut corpora ſua. Qui diligit uxorem ſuam, ſeip-
29 ſum diligit. Nemo enim unquam carnem ſuam odit: ſed nutrit et
30 fovet eam, ſicut et Chriſtus Eccleſiam. Quoniam membra ſumus

corporis ejus, de carne ejus, et de oſſibus ejus. Propter hoc relin- 31
quet homo patrem, et matrem ſuam, et agglutinabitur uxori ſuæ:
et erunt ambo in carnem unam. Myſterium hoc magnum eſt: 32
ego autem dico in Chriſtum et in Eccleſiam. Itaque etiam vos, 33
unuſquiſque ∓ ex vobis ↙ uxorem ſuam ita diligat ſicut ſeipſum:
⁜ et ↙ ipſa autem uxor timeat virum.

Cap. VI. Liberi, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim eſt juſ- 1
tum. Honora patrem tuum et matrem (quod eſt mandatum pri- 2
mum promiſſionis): Ut bene tibi ſit, et ſis longævus ſuper terram. 3
Et ∓ vos ↙ patres, ne irritetis filios veſtros: ſed educate eos in diſ- 4
ciplina et admonitione Domini.

Servi, obedite dominis qui in carne, cum timore et tremore, in 5

6 ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: Non in oculo ſervitutis,
quaſi placentes hominibus: ſed ut ſervi Chriſti, facientes voluntatem
7 Dei ex animo: Cum benevolentia ſervientes, ut Domino, et non
8 hominibus: Scientes, quoniam quodcunque bonum fecerit unuſquiſ-
9 que, hoc reportabit a Domino, ſive ſervus ⸢ſit⸣, ſive liber. Et
⸢vos⸣ domini, eadem facite erga illos, remittentes minas: ſcientes
quoniam et veſter et illorum Dominus eſt in cœlis, et non eſt ac-
ceptio perſonarum † apud eum.

10 Quod ſupereſt, fratres mei, corroboramini in Domino, et in po-
11 tentia virtutis ejus. Induite totam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare
12 contra inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus

1 ܗܘ ܠܟ] In margine MSti ܗܕ

† apud eum i. q. παρ' αὐτῷ] Lectio Marg. i. q. ἐν αὐτῷ

ſanguinem et carnem, ſed adverſus principatus, adverſus poteſtates,
adverſus principes mundi tenebrarum ⁜ ſeculi ↙ hujus, adverſus ſpi-
ritualia nequitiæ in cœleſtibus. Quapropter accipite totam arma- 13
turam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, et omnia conficientes
ſtare. State igitur ſuccincti lumbos veſtros in veritate, et induti 14
loricam juſtitiæ, Et calceati pedes veſtros in præparatione Evangelii 15
pacis: In omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia 16
jacula ignita mali extinguere: Et galeam ſalutis aſſumite, et gladium 17
Spiritus, quod eſt verbum Dei: Per omnem orationem et precatio- 18
nem orantes omni tempore in Spiritu, et in eo vigilantes in omni
perſeverantia, et ſupplicatione † pro omnibus Sanctis: Et pro me, 19

1 [ܕܒܟܠ ܙܒܢܐ ܒܨܠܘܬܐ ܘܒܒܥܘܬܐ] In margine MSti ܕܒܟܠ ܙܒܢ ܒܨܠܘ ܘܒܥܘ
2 [ܕܐܦ ܒܥܠ ܒܥܘ] (ܒܥܠ) ܐܦ

† pro omnibus i. q. ὑπὲρ πάντων] Lectio Marg. i. q. περὶ πάντων

* πνευματικα
* αντιςηναι
* την οσφυν
* ζωρακα
* δυραιον

ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, ut in fiducia notum fa-
20 ciam myſterium Evangelii: Pro quo ſum legatus in catena; ut in
ipſo utar fiducia, prout oportet me loqui.
21 Ut autem ſciatis et vos in quibus ſim et quid agam, omnia vobis
nota faciet Tychicus, frater dilectus, et fidelis miniſter in Domino:
22 Quem miſi ad vos ob id ipſum, ut [*cognoſcatis*] quæ de nobis, et
conſoletur corda veſtra.
23 Pax fratribus, et charitas cum fide, a Deo Patre, et Domino Jeſu
24 Chriſto. Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum Je-
ſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

1 [محصصص] In margine MSti سعيد. مسعود — سعيدا

*Finita eſt Epiſtola ad Epheſios, quæ ſcripta eſt a Roma, per Tychicum.*

# EPISTOLA PAULI

## AD PHILIPPENSES.

CAP. I.

1 PAULUS et Timotheus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſanctis
— qui ↙ [*in*] Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis, cum epiſcopis et mi-
2 niſtris: Gratia vobis et pax a Deo Patre noſtro, et Domino noſtro
Jeſu Chriſto.

3 Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri, (Semper in omni
4 precatione mea pro omnibus vobis, cum gaudio † deprecationem
5 meam faciens,) Super communione veſtra quæ *eſt* in evangelio, a

† *Vid. Not.*

die primo uſque nunc: Confidens hoc ipſum, quia is qui incepit in 6
vobis opus bonum, perficiet uſque in diem Jeſu Chriſti: Sicut eſt 7
juſtum mihi hoc ſentire pro omnibus vobis, eo quod habeo in corde
vos, *et* in vinculis meis, et defenſione, et confirmatione evangelii,
conſortes gratiæ meæ omnes vos eſtis. Teſtis enim mihi eſt 8
Deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Jeſu Chriſti. Et 9
hoc oro, ut charitas veſtra adhuc magis ac magis abundet in cog-
nitione et in omni ſenſu; Ut probetis quæ juſta ſunt, ut ſitis 10
perfecti, et ſinceri, et inoffenſi in diem Chriſti; Pleni fructibus 11
juſtitiæ qui *ſunt* per ⁜ fidem ✓ Jeſu Chriſti, ad gloriam et laudem
Dei.

* τα διαφε-
ροντα

12 ܐܝܬܝܗ ܕܟ ܚܒܝ ܐܚ ܗ ܕܥܒ ܐ ܕܫ ܐ ܐ ܐ

Scio enim quia hoc mihi cedet in ſalutem per orationem veſtram, 19
et donationem Spiritus Jeſu Chriſti, Secundum expectationem et 20
ſpem meam, quoniam nulla in re pudefiam: ſed in omni fiducia,
ſicut ſemper, et nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſive
per vitam, ſive per mortem. Mihi enim *eſt* ut vivam, Chriſtus: et 21
*eſt* ut moriar, lucrum. Si autem *eſt* ut vivam in carne, hoc mihi 22
fructus eſt operis, et quid eligam non cognoſco. Coarctor autem e 23
duobus: deſiderium habens diſſolvi, et cum Chriſto eſſe, [*quod*] multo
magis præſtat: Manere autem in carne magis neceſſarium *eſt* propter 24
vos. Et hoc confidenter ſcio, quod manſurus ſum, et permanſurus 25
cum omnibus vobis, ad profectum veſtrum, † et gaudium fidei: Ut 26

1 ܠܚܣܝܢ] In margine MSti ܠܚܝܨ

† et gaudium–i. q. χαρὰν] Lectio Marg. (et) Gratiam–i. q. χάριν

gloriatio veſtra abundet in Chriſto Jeſu in me, per adventum meum
rurſus ad vos.

27 Tantum, ut convenit evangelio Chriſti converſamini; ut ſive ve-
niam et videam vos, ſive abſim, audiam quæ de vobis, quia ſtatis in
uno ſpiritu, et in uno animo, facientes certamen cum fide evangelii:
28 Et non territi ulla in re ab adverſariis: quod eſt illis quidem indi-
29 cium perditionis, vobis autem ſalutis: et hoc a Deo. Quia vobis
datum eſt pro Chriſto, non ſolum in eum credere, ſed et pro eo
30 pati: Idem certamen habentes, quale vidiſtis in me, et nunc auditis
1 in me. Si qua igitur conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium chari- CAP. II.
tatis, ſi qua communio Spiritus, ſi quæ viſcera paterna et miſericor-

diæ : Implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem 2
habentes, unanimes, unum ſentientes : Nihil per contentionem, aut 3
per gloriam inanem, ſed per lenitatem animi alii alios arbitrantes
præſtantiores ſeipſis. Non quæ ſua unuſquiſque ⁊ ex vobis ↙ con- 4
ſideret, ſed et quæ aliorum unuſquiſque. Hoc enim ſentite in vo- 5
bis, quod et in Chriſto Jeſu : Qui quum in forma Dei eſſet, non 6
rapinam duxit eſſe ſe æqualem Deo : Sed ſeipſum exinanivit, formam 7
ſervi accipiens, in ſimilitudine hominum factus ; Et habitu inventus 8
ut homo, humiliavit ſeipſum, factus obediens uſque ad mortem,
mortem autem crucis. Quapropter et Deus ipſum multum exalta- 9
vit, et donavit ei nomen quod *eſt* ſuper omne nomen : Ut in no- 10

mine Jeſu ⁜ Chriſti ↙ omne genu ſe flectat, cœleſtium, et terreſtri-
11 um, et eorum quæ ſub terra: Et omnis lingua confiteatur; quia
12 Dominus ⁻ eſt ↙ Jeſus Chriſtus, ad gloriam Dei Patris. Itaque, di-
lecti mei, (ſicut omni tempore obediſtis, non ut in præſentia mea
ſolum, ſed etiam nunc multo magis in abſentia mea,) cum metu et
13 tremore, ſalutem veſtram operamini. Deus enim eſt qui efficit in
14 vobis et velle, et agere, pro bona voluntate. Omnia facite abſque
15 murmurationibus, et diſceptationibus: Ut ſitis inculpati et integri,
filii Dei ſine maculis in medio gentis pravæ et diſtortæ; inter quos
16 conſpicimini tanquam luminaria in mundo: Verbum vitæ conti-
nentes, ad gloriationem meam in diem Chriſti, quia non in vanum
cucurri, neque in vanum laboravi.

Sed et ſi immolor ſuper victima et miniſterio fidei veſtræ, gaudeo 17
et omnibus vobis congratulor. Id autem ipſum et vos gaudete, et 18
congratulamini mihi. Spero autem in Domino Jeſu, ut Timotheum 19
cito mittam ad vos, ut et ego bono ſim animo, quum cognovero
quæ de vobis *ſunt*. Neminem enim habeo pari animo, qui diligen- 20
ter ea quæ de vobis curaturus ſit. Omnes enim quæ ſua ipſorum 21
quærunt, non quæ Chriſti Jeſu. Probationem autem ejus cognoſ- 22
citis, quod tanquam filius patri, mecum ſervivit in evangelio. Hunc 23
quidem igitur ſpero mittere, poſtquam videro quæ circa me, ex ipſa
⁻hora↙. Confido autem in Domino, quod etiam ego cito veniam. 24
Neceſſarium autem duxi, Epaphroditum, fratrem et adjutorem et 25
commilitonem meum, veſtrum autem legatum, et miniſtrum neceſ-

26 ſitatis meæ, mittere ad vos. Quoniam erat expetens omnes vos vi-
dere, et angebatur, propterea quod audieratis, quod infirmus fuiſſet.
27 Etenim infirmus fuit uſque ad mortem ; ſed Deus miſertus eſt ejus :
non ejus autem ſolum, ſed etiam mei, ut ne triſtitiam ſuper triſtitia
28 haberem. Studioſius igitur miſi eum, ut quum videritis eum, rurſus
29 gaudeatis, et etiam ego minus doleam. Excipite eum igitur in Do-
mino cum omni gaudio, et eos qui tales, honorabiles habetote.
30 Quia propter opus Domini uſque ad mortem acceſſit, ſpernens
animam, ut impleret id *in* quo deeratis in miniſterio, quod erga
me.

CAP. III.

1 Proinde, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem ſcribere vobis,
mihi quidem non moleſtum eſt, vobis autem tutum.

2 videte canes, videte operarios malos, videte concisionem. Nos
3 enim sumus circumcisio, qui in spiritu † Deo servimus, et gloriamur
in Christo Jesu, et non in carne confidimus. Et quanquam ego 4
habeo confidentiam et in carne. Si quisquam alius videtur confidere
in carne, ego magis. Circumcisio octavo die, ex gente Israelis, ex 5
tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus; 6
Secundum zelum persecutor Ecclesiæ, secundum justitiam quæ in
lege, fui inculpatus. Sed quæ erant mihi lucra, ea arbitratus sum 7
propter Christum, damnum. Sed quidem igitur et reputo omnia 8
damnum esse, propter eminentiam cognitionis Christi Jesu Domini
nostri: propter quem omnium damnum sustinui, et arbitror stercora

1 ]ܡܪܝܐ] In margine MSti ]ܡܪܝ
†, Deo] Lectio Marg. Dei

9 esse, ut Christum lucrifaciam ; Et reperiar in eo, non habens justi-
tiam meam quæ ex lege, sed quæ per fidem ⁜ Jesu ↙ Christi, justi-
10 tiam quæ ex Deo : Ut fide cognoscam eum, et virtutem resurrecti-
onis ejus, et communionem passionum ejus, dum conformis fio
11 morti ejus : Si quomodo deveniam ad resurrectionem, quæ ex mor-
12 tuis. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim : persequor
autem, si forte et apprehendam, in quo et apprehensus sum a † Do-
13 mino Jesu. Fratres mei, ego meipsum non ⁜ adhuc ↙ arbitror ap-
prehendisse : unum autem, (quæ quidem a tergo oblivisens, in ea
14 autem quæ ante extentus,) ‡ Ad scopum persequor, ad coronam
15 ⁻ victoriæ ↙ vocationis supernæ Dei in Christo Jesu. Omnes nos

* βραβειον.

1 ...]
2 ...]
† Domino]
‡ Ad scopum persequor—i. q. κατὰ σκοπὸν διώκω]

In margine MSti
Lectio Marg.

...
...
Christo
i. q. κατασκοπῶν διώκω

15 ܗܟܢܐ ܟܠ ܕܫܠܡܝܢ ܢܗܘܐ ܗܟܢܐ ܘܐܦ ܗܠܝ ܕܫܠܡ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܐܠܗܐ ܢܓܠܐ
. ܠܟܘܢ ܗܟܢ ܐܦ ܠܗܠܝ ܕܐܝܬ ܠܢ ܫܠܡ ܢܗܓ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܟܘܢ
16 ܡ . ܒܗܠܝ ܕܐܬܝܢ ܠܚܕ ܠܡ ܠܚܕ ܢܗܠܟ ܒܗ ܠܚܕ ܠܡ ܠܚܕ ܢܗܘܐ ܡ
17 ܥܒܝܕܝܢ ܀ ܟܕ ܐܢ ܥܠ ܟܠ ܟܕ ܐܬܝܢ ܀ ܐܚܙܘ ܡܢ ܕ
. ܕ ܐܚܝܢ ܗܟܢ ܐܢ ܐܢܐ ܐܦ . ܗܟܢܐ ܐܢܐ ܐܦ ܐܝܟ ܐܢܐ
18 ܐܝܟ ܗܘ ܟܬܒ ܐܢܐ ܐܦ . ܗܟܢܐ ܐܢܐ ¹ ܐܦ ܐܝܟ ܗܘ ܟܬܒ
. ܐ ܐܦ ܐܢ ܕ ܡ ܐ ܐܦ . ܗܟ ܐܢܐ ܐܦ ܐܢ ܐ ܐܦ
19 ܗܟ ܐܦ . ܐܢ ܐܢܐ ܐܦ . ܐܦ ܐܢ ܐ ܐܦ ܐܢ ܐ ܐܦ ܐ
ܐ ܐܦ . ܐ ܐܦ ܐ ܐܦ ܐ ܐܦ ܐ ܐܦ ܐ ܐܦ ܐ ܐܦ ܐ
20 ܐ ܐ ² . ܐ ³ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ

igitur perfecti hoc ſentiamus: et ſi quid aliter ſentitis, et hoc Deus
vobis revelabit. Attamen ad quod pervenimus, eadem regula pro- 16
cedamus, idem ſapiamus. Imitatores mei eſtote, fratres mei, et con- 17
ſiderate eos qui ita ambulant, ſicut habetis exemplum nos. Multi 18
enim † ⁻ aliter ↙ ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, (nunc au-
tem et flens dico,) inimicos crucis Chriſti *eſſe*: Quorum finis per- 19
ditio; quorum Deus venter, et gloria confuſio ipſorum, qui terrena
ſapiunt. ‡ Noſtra enim converſatio in cœlis eſt, ‖ unde etiam ſer- 20

| | | |
|---|---|---|
| 1 ↙ aliter ⁻] | In margine MSti | ↙ aliter ⁻ ‖ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ ܐ

21 vatorem expectamus, Dominum Jesum Christum: Qui mutabit
formam corporis humilitatis nostræ, ut sit conformis corpori gloriæ
1 suæ, secundum operationem, qua potest et subjicere sibi omnia. Ita- CAP. IV.
que, fratres mei dilecti et charissimi, gaudium et corona mea, state
in Domino, dilecti.
2 Euodiam rogo, et Syntychen rogo, ut idem sapiant in Domino.
3 Etiam rogo et te, Collega germane, adjuva illas quæ in Evange-
lio mecum certamen [*fecerunt*,] cum et Clemente, et reliquis adju-
4 toribus meis, quorum nomina in libro vitæ. Gaudete in Domino
5 semper: rursum dico; gaudete. Lenitas vestra nota sit omnibus
6 hominibus: Dominus prope. Nihil soliciti sitis, sed semper in pre-
catione et obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestræ in-

noteſcant apud Deum : Et pax † Dei, quæ exſuperat omnem intel- 7
lectum, cuſtodiat corda veſtra et mentes veſtras in Chriſto Jeſu.
Proinde, fratres mei, quæcunque ſunt vera, quæcunque honeſta, 8
quæcunque juſta, quæcunque pura, quæcunque amabilia, quæcun-
que laudabilia, ſi qua virtus, et ſi qua laus, hæc cogitate. Quæ et 9
didiciſtis, et accepiſtis, et audiviſtis, et vidiſtis in me, hæc agite : et
Deus pacis erit vobiſcum.

Gaviſus ſum autem in Domino magnopere, quoniam jam tandem 10
refloruiſtis pro me ſentire : in quo et ſentiebatis : non ſufficientes era-
tis autem. Non propterea quod defuerit ⸗ mihi ↙, dico : ego enim 11
didici, ut ea, in quibus ſum, ſufficiant mihi. Scio et humiliari, ſcio 12

1 ܡܫܝܚܐ] In margine MSti ܕܐܠܗܐ
† Dei] Lectio Marg. Chriſti

et abundare : (in omni et in omnibus exercitatus ſum,) et ſatiari et
13 eſurire, et abundare, et penuriam pati. Omnia poſſum in Chriſto
14 qui corroborat me. Attamen bene feciſtis, quod communicaſtis
15 afflictionibus meis. Scitis et vos, Philippenſes, quod in principio
Evangelii, quum proficiſcerer e Macedonia, nulla Eccleſia mihi
16 communicavit in ratione dati et accepti, niſi vos ſoli : Qui et Theſ-
17 ſalonicam et ſemel et bis in uſum miſiſtis mihi. Non quia donum
18 quæro, ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra. Accepi
autem omnia, et abundo : plenus ſum, accipiens ab Epaphrodito ea
quæ a vobis, odorem ſuavitatis, hoſtiam acceptam, beneplacentem
19 Deo. Deus autem meus impleat omnem indigentiam veſtram ſe-

cundum divitias ſuas, in Chriſto Jeſu. Deo autem, et Patri noſtro, 20
*ſit* gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Salutate omnem ſanctum in Chriſto Jeſu. Salutant vos fratres 21
qui mecum *ſunt*. Salutant vos omnes ſancti, maxime autem qui 22
*ſunt* de domo Cæſaris. Gratia Domini ⁜ noſtri ↙ Jeſu *ſit* cum omí- 23
nibus vobis. Amen.

*Finita eſt Epiſtola ad Philippenſes, quæ ſcripta fuit a Roma, per Epaphroditum.*

# EPISTOLA PAULI
## AD COLOSSENSES.

1 PAULUS Apoſtolus Chriſti Jeſu per voluntatem Dei, et Timo- CAP. I.
2 theus frater, Iis qui in Coloſſis, ſanctis et fidelibus fratribus in
Chriſto: gratia vobis et pax a Deo Patre noſtro, † ⁜ et Chriſto Jeſu
Domino noſtro ↙.
3 Gratias agimus Deo, Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſemper
4 pro vobis orantes: Ex quo audivimus fidem veſtram quæ in Chriſto
5 Jeſu, et charitatem quam habetis in omnes ſanctos, Propter ſpem
quæ repoſita *eſt* vobis in cœlis: quam prius audiviſtis in verbo veri-

† ⁜ et Chriſto Jeſu] *Vid. Not.*

tatis evangelii ; Quod pervenit ad vos, ſicut et in totum mundum ; 6
et eſt ferens fructus, et creſcit ſicut et in vobis ; ex die quo audi-
viſtis et cognoviſtis gratiam Dei in veritate : Sicut et didiciſtis ex 7
Epaphra dilecto conſervo noſtro, qui eſt pro vobis miniſter fidelis
Chriſti : Qui et declaravit nobis charitatem veſtram in Spiritu. 8
Propterea et nos ex quo die audivimus, non deſiimus pro vobis 9
orare, et petere, ut impleamini cognitione voluntatis ejus, in omni
ſapientia et intelligentia ſpirituali : Ut ambuletis ſicut convenit Do- 10
mino, in omni quod placeat ei, in omni opere bono ferentes fructus,
et creſcentes in cognitione Dei : ⸗ Et ↙ in omni virtute corroborati 11
ſecundum potentiam gloriæ ipſius, in omni tolerantia et longanimi-

1 [حدا] In margine MSti συνδουλος — عبدٌ مُشْتَرَكٌ

12 tate cum gaudio: Gratias agentes ⁂Deo ✓ et Patri, qui idoneos
† nos fecit in partem ſortis ſanctorum in luce.
13 Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, et tranſtulit in regnum
14 Filii dilectionis ſuæ: In quo habemus redemptionem per ſanguinem
15 ipſius, remiſſionem peccatorum: Qui eſt imago Dei inviſibilis, pri-
16 mogenitus omnis creaturæ. Quoniam in ipſo condita ſunt omnia
quæ in cœlis, et quæ in terra, viſibilia et inviſibilia; ſive throni, ſive
dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates; omnia per ipſum et
17 in ipſo creata ſunt: Et ipſe eſt ante omnia, et omnia in eo con-
18 ſiſtunt: Et ipſe eſt caput corporis, Eccleſiæ, qui eſt principium,
19 primogenitus ex mortuis: ut ſit primarius in omnibus. Quia in eo

1 ✓ ]ܗܘܢ ‡ nos fecit] In margine MSti Lectio Marg. ]ܗܘܕܝ Vos fecit

[*voluit Pater*] omnem plenitudinem habitare: Et per eum reconciliare 20
omnia in ipſum, faciens pacem per ſanguinem crucis ejus, per eum,
ſive quæ in terra, ſive quæ in cœlis. Et vos, qui quondam fuiſtis 21
alieni et inimici mente, in operibus malis, nunc autem reconcilia-
vit, In corpore carnis ejus per mortem ⁂ ſuam ↙; ut ſiſteret vos 22
ſanctos, et ſine maculis, et ſine culpis, coram ipſo: Si quidem per- 23
manetis in fide fundati et firmi, et non tranſmoti a ſpe evangelii quod
audiviſtis, quod prædicatum fuit omni creaturæ quæ ſub cœlo, cujus
factus ſum † ego Paulus miniſter.

Nunc gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, et readimpleo defec- 24

| | | |
|---|---|---|
| 1 [ܫܠܡܐ] | In margine MSti | πληρωμα—[ܫ]ܠܝܡ̈ܘܬܐ |
| 2 [ܐܢܐ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ] | | ο ܫܠܝܚܐ ܗܘ (ܐܢܐ ܦܘܠܘܣ) (ܫܠܝܚܐ) |
| † ego Paulus miniſter.] | Lectio Marg. | (ego Paulus) Præco, et Apoſtolus, et (miniſter). |

tiones afflictionum Chriſti in carne mea, pro corpore ipſius, quod eſt
25 Eccleſia: Cujus factus ſum ego miniſter, ſecundum diſpenſationem
26 Dei quæ data eſt mihi erga vos, ut impleam verbum Dei: Myſte-
rium quod abſconditum erat a ſeculis et ab ætatibus; † quod nunc
27 ‡ notum factum eſt ſanctis ejus. Quibus voluit Deus notum fa-
cere, quæ ſint || divitiæ gloriæ myſterii hujus inter gentes, qui eſt
28 Chriſtus in vobis, ſpes gloriæ: Quem nos annunciamus, admonentes
omnem hominem, et docentes omnem hominem in omni ſapientia,
29 ut ſiſtamus omnem hominem perfectum in Chriſto Jeſu. [*In*] quo

| | | |
|---|---|---|
| 1 ]ܗܘ ܐ | In margine MSti | ]ܗܘ ܐ |
| 2 ]ܠܒ | | ]ܠܒ |
| 3 ]ܗ | | ]ܗ |
| † quod nunc] | Lectio Marg. | (nunc) Autem |
| ‡ notum factum eſt] | | Revelatum eſt |
| \|\| divitiæ–i. q. πλοῦτος] | | Latitudo–i. q. πλάτος |

et laboro, decertans ſecundum operationem ejus quæ operatur in me
in virtute.

CAP. II. 1 Volo † enim ut ſciatis, quantum certamen habeam pro vobis, et
iis qui Laodiceæ, ‡ ⁂ et iis qui Hieropoli ↙, et pro omnibus ⁻ qui ↙
2 non viderunt faciem meam in carne: Ut conſolationem accipiant
corda eorum, firmati in charitate, et in omni opulentia plenitudinis
intelligentiæ, ad cognitionem myſterii Dei, et Patris ⁂ et ↙ Chriſti:
3 In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, et abſcondita ſcientiæ. Hoc
4 autem dico, ut ne quis decipiat vos in ſuaſione ſermonum. Si enim
5

1 ] In margine MSti
2 ] — εν ιεροπολει
3 ] — συμβιβαζοντων
† enim] Lectio Marg. Autem
‡ ⁂ et iis qui Hieropoli ↙] (⁂ et iis) qui Hieropoli ↙ non in omni Exemplari reperitur.

et carne abſens ſim, tamen ſpiritu vobiſcum ſum, gaudens et videns
6 ordinem veſtrum, et firmitatem fidei veſtræ, quæ in Chriſto. Sicut
7 igitur accepiſtis Chriſtum Jeſum Dominum, in eo ambulate: Ra-
dicati et ædificati in eo, et confirmati in fide, ſicut edocti eſtis,
8 † abundantes in ea in gratiarum actione. Videte ne quis ſit denu-
dans vos per philoſophiam et ſeductionem inanem, ſecundum tradi-
tionem hominum, ſecundum elementa mundi, et non ſecundum
9 Chriſtum. Quia in eo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter:
10 Et eſtis in eo completi, qui eſt caput omnis principatus et poteſta-
11 tis: In quo et circumciſi eſtis circumciſione non facta manibus, in
12 exutione corporis peccatorum carnis, in circumciſione Chriſti; Se-

1 حه ܒܗ ܐܬܝ ܕ[ܐܡܢܘܬܐ] In margine MSti Lectio Marg. حه (ܒܗ ܐܬܝ ܕܐܡܢܘܬܐ) (abundantes) In eo

† abundantes in ea (*fide*)

pulti cum eo in baptiſmo, in quo et ſuſcitati eſtis cum eo per fidem
operationis Dei, qui ſuſcitavit eum ex mortuis. Et vos, qui mortui 13
eratis in offenſis et præputio carnis veſtræ, ſimul vivificavit vos cum
eo, condonans nobis omnia delicta: Delens chirographum quod ad- 14
verſus nos in doctrinis, quod erat contrarium nobis, et ipſum ſuſtulit
e medio, affigens illud cruci: Expolians principatus, et poteſtates 15
diffamavit palam, illudens iis in ſeipſo. Ne igitur quis vos judicet 16
in cibo, aut in potu, aut in parte feſti, aut novilunii, aut ſabbato-
rum: Quæ ſunt umbra futurorum, corpus autem Chriſti. Nemo 17 18
vos condemnet, volens in humilitate mentis, et in cultu ange-
lorum, quæ non vidit explorans, fruſtra inflatus a ſenſu carnis ſuæ:

1 [illegible] In margine MSti χειρογραφον—[illegible]

19 Et non tenens caput, Chriſtum, ex quo totum corpus per commiſ-
ſuras et nexus datum et inſtructum, creſcit *in* augmentum Dei.
20 Si igitur mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quid tan-
21 quam viventes in mundo, dogmatizamini? Ne tetigeris, neque guſ-
22 taveris, neque contrectaveris: Quæ ſunt omnia ad corruptionem in
23 abuſu, ſecundum mandata et doctrinas hominum: Quæ ſunt ratio-
nem quidem habentia ſapientiæ in cultu voluntario et ſubmiſſione
animi, et non parcendo corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem
carnis.

1 Si igitur reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſuperna quærite, ubi CAP. III.
2 Chriſtus eſt ad dextram Dei ſedens. Quæ ſuperna cogitate, non
3 quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, et vita veſtra abſcondita eſt

cum Chriſto in Deo. Quum Chriſtus apparuerit, vita noſtra, tunc 4
et vos cum eo apparebitis in gloria.
Mortificate igitur membra veſtra quæ ſuper terram, abſicientes 5
ſcortationem, immunditatem, paſſionem, concupiſcentiam malam, et
avaritiam, quæ eſt cultus idolorum: Propter hæc venit ira Dei ſuper 6
filios inobedientiæ: In quibus et vos ambulaſtis aliquando, quum 7
viveretis in iis. Nunc autem abjicite et vos omnia, iram, excandeſ- 8
centiam, malitiam, maledicentiam, turpiloquium ex ore veſtro. Ne 9
mentiamini alii in alios, exuentes hominem veterem cum factis
ipſius et concupiſcentiis: Et induentes illum novum, qui renova- 10
tur in agnitionem, ſecundum imaginem Creatoris ſui. Ubi non eſt 11

Gentilis, et Judæus: circumciſio, [*et*] præputium: Barbarus, Scytha: ſervus, liber: ſed omnia et in omnibus, Chriſtus.

12 Induite igitur tanquam electi Dei, ſancti, et dilecti, viſcera paterna miſericordiæ, benignitatem, ſubmiſſionem animi, lenitatem, longa-
13 nimitatem: Sufferentes alii alios, et condonantes vobiſipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam: ſicut et Chriſtus condonavit vo-
14 bis, ita et vos. Cum omnibus autem his, charitatem, quæ eſt vin-
15 culum perfectionis: Et pax Chriſti regat in cordibus veſtris: ad quam et vocati eſtis in corpore uno, et grati eſtote.

16 Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia,

1 [حدهلا] In margine MSti μομφην — ضمعكجمے

2 [نبغے] βραβευετω — حبلحصلہ

docentes et commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis, cantionibus spiritualibus; in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Et 17
quicquid feceritis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini
Jesu, gratias agentes Deo, et Patri per eum.

Uxores, subditæ estote viris ⁂vestris↙, sicut convenit, in Domi- 18
no. Viri, diligite uxores ⁓ vestras↙, et ne amarulenti sitis adversus 19
eas. Filii, auscultate parentibus in omnibus: hoc enim est bene- 20
placitum Domino. Patres, ne † irritate liberos vestros, ut non angore 21
conficiantur. Servi, auscultate per omnia iis qui secundum carnem 22
domini *sunt*, non in oculo servitiorum, quasi placentes hominibus,

1 ]ڕۆ ڵ ڕ ڤ In margine MSti ڕۆ ڵ ڕ ڤ
† irritate i. q. ἐρεθίζετε] Lectio Marg. i. q. παροργίζετε

23 sed in simplicitate cordis, timentes Dominum. Quicquid autem fe-
ceritis, ex animo operamini, tanquam Domino, et non hominibus:
24 Scientes quod † a Deo accepturi sitis retributionem hæreditatis:
25 Domino enim Christo servitis. Qui autem injuriam intulerit, re-
1 portabit quod inique gessit, et non est acceptio personarum. Domini, CAP. IV.
justitiam et æquitatem servis præstate, scientes quod et vos habetis
Dominum in cœlis.
2 In oratione perdurate, vigilantes in ea cum gratiarum actione:
3 Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis,
ad loquendum mysterium Christi, (propter quod etiam vinctus
4 5 sum:) Ut manifestum faciam illud, sicut oportet me loqui. In

1 [ܐܝܟ ܕܡܪܝܐ] In margine MSti (ܐܝܟ) ܠܡܪܝܐ
† a Deo] Lectio Marg. (a) Domino

ſapientia ambulate erga eos qui foris, tempus redimentes. Sermo 6
veſter ſemper, in gratia, ſale ſit conditus; ut ſciatis quomodo oporteat
vos unicuique reddere reſponſum.

Ea quæ de me omnia nota faciet vobis Tychicus, dilectus frater, 7
et fidelis miniſter, et conſervus in Domino: Quem miſi ad vos ob 8
hoc ipſum, ut cognoſcat ea quæ de vobis, et conſoletur corda veſtra:
Cum Oneſimo fideli et dilecto fratre, qui eſt ex vobis: omnia vobis 9
nota facient, quæ hic. Salutat vos Ariſtarchus qui mecum captivus, 10
et Marcus conſobrinus Barnabæ (de quo accepiſtis † mandata: ſi
venerit ad vos, excipite eum): Et Jeſus qui dicitur Juſtus, qui ſunt 11

1 ܐܝܣܛܘܣ ܘܐ] In margine MSti ὁ ανεψιος—|| ص ܐ

2 |ܠܐܦܣܛܘܠܐ]

† mandata] Lectio Marg. Epiſtolas

ex circumcisione: hi soli adjutores mecum in regno Dei, qui fue-
12 runt mihi solatio. Salutat vos Epaphras qui ex vobis, servus Christi,
semper decertans pro vobis in orationibus, † ut stetis perfecti ‡ et
13 completi in omni voluntate Dei. Testor enim illi, quod zelum
multum habet pro vobis, et iis qui Laodiceæ, et iis qui Hieropoli.
14 Salutat vos Lucas medicus dilectus, et Demas. Salutate fratres qui
15 Laodiceæ, et Nympham, et Ecclesiam quæ in domo illius. Et
16 quum lecta fuerit apud vos Epistola, facite ut et in Ecclesia Laodi-

| | | |
|---|---|---|
| 1 ⟨ⲉⲡⲁⲫⲣⲁⲥ⟩] | In margine MSti | ⟨ⲉⲡⲁⲫⲣⲁⲥ⟩ ⟨ⲡⲟⲩⲣⲓⲥⲧⲟⲥ⟩ |
| 2 ⟨ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲉⲓ⟩] | | ⟨ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲅⲁⲣ⟩ |
| 3 ⟨ⲅⲁⲣ⟩ ⟨ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ⟩] | | ⟨ⲅⲁⲣ⟩ (⟨ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ⟩) |
| † ut stetis–i. q. ἵνα στῆτε] | Lectio Marg. | Ut sitis–i. q. ἵνα ἦτε |
| ‡ et completi–i. q. πεπληρωμένοι] | | i. q. πεπληροφορημένοι |

censium legatur, et illam quæ ex Laodicea ut et vos legatis. Et 17
dicite Archippo; Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut
impleas illud.

Salutatio, manu mea Pauli. Memores estote vinculorum meo- 18
rum. Gratia vobiscum. Amen.

In margine MSti

*Finita est Epistola ad Colossenses quæ scripta fuit a Roma, per Tychicum et Onesimum.*

# EPISTOLA PAULI
## AD THESSALONICENSES PRIMA.

1 PAULUS, et Sylvanus, et Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicen- CAP. I.
ſium, quæ in Deo et Patre, et Domino Jeſu Chriſto: gratia vobis,
et pax ⁜ a Deo Patre ↙ noſtro et Domino Jeſu Chriſto.
2 Gratias agimus ſemper Deo pro omnibus vobis, mentionem veſtri
3 facientes in precibus noſtris indeſinenter; Recordantes operum fidei
veſtræ, et laboris charitatis, et tolerantiæ ſpei Domini noſtri Jeſu
4 Chriſti, coram Deo et Patre noſtro. Scientes, fratres dilecti a Deo,
5 electionem veſtram: Quia evangelium noſtrum non fuit apud vos

in ſermone tantum, ſed et in virtute, et in Spiritu Sancto, et in plena
perceptione multa; ſicut ſcitis, quales fuerimus inter vos, propter
vos. Et etiam vos imitatores noſtri facti eſtis, et Domini, accipientes 6
verbum in afflictione multa, cum gaudio Spiritus Sancti: Adeo ut 7
fueritis exemplaria omnibus qui credunt in Macedonia, et in Achaia.
A vobis enim effuſus eſt † ſermo Dei, non tantum in Macedonia 8
et in Achaia: ſed in omni loco fides veſtra, quæ *eſt* ad Deum, di-
manavit, ita ut non opus habeamus loqui iis quicquam. Ipſi enim 9
de nobis manifeſtum faciunt qualem ingreſſum habuimus ad vos:
et quomodo converſi eſtis ad Deum ab idolis, ut ſerviretis Deo vivo

1 ]ܕܡܪܝܐ ܕܐܠܗܐ] In margine MSti ]ܕܡܪܝܐ (ܕܐܠܗܐ)
† ſermo Dei] Lectio Marg. (ſermo) Domini

10 et vero; Et expectaretis Filium ejus de cœlo, (quem ſuſcitavit ex
mortuis) Jeſum, qui eripuit nos ab ira ventura.

I 1 Vos enim ſcitis, fratres mei, ingreſſum noſtrum, qui ad vos, quia CAP. II.
2 non vanus fuit: Sed prius paſſi, et contumeliis affecti, (ſicut ſcitis)
in Philippis, in fiducia fuimus in Deo noſtro, loqui ad vos Evange-
3 lium Dei in certamine multo. Perſuaſio enim noſtra non ex erro-
4 re, neque ex impuritate, neque in dolo: Sed ſicut probati fuimus a
Deo, ut crederetur Evangelium, ita loquimur, non quaſi hominibus
5 placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. Neque enim unquam
in ſermone ſeditionis fuimus ⁜ apud vos ↙, ſicut ſcitis: neque in oc-
6 caſione avaritiæ: (Deus eſt teſtis:) Neque quærentes ex hominibus

* εν βαρει

gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, quum poſſemus oneri eſſe, ut
Apoſtoli Chriſti. Sed fuimus manſueti in medio veſtri: et tanquam 7
nutrix diligens filios ſuos: Ita cupidi veſtri voluimus tradere vobis 8
non ſolum Evangelium Dei, ſed etiam animas noſtras, quoniam
dilecti noſtri facti eſtis Meminiſtis enim, fratres mei, laboris noſtri 9
et fatigationis: † nocte et die operantes, ut non eſſemus oneri ulli
veſtrum, prædicavimus in vos Evangelium Dei. Vos teſtes, et Deus, 10
quam ſancte, et juſte, et ſine culpa, vobis qui creditis, facti ſumus:
Sicut ſcitis, quomodo unumquemque veſtrum, tanquam pater filios 11
ſuos, hortabamur vos, et conſolabamur; Et obteſtabamur ut ambu- 12

1 [ ]  In margine MSti  ( )
† nocte]  Lectio Marg.  (nocte) enim

laretis, ſicut convenit Deo, † qui vocavit vos in regnum ſuum et
13 gloriam. Et propter hoc et nos gratias agimus Deo indeſinenter,
quoniam accipientes verbum auditus a nobis, Dei, accepiſtis ‡ non
verbum hominum, ſed (ſicut eſt vere,) verbum Dei, quod et operatur
14 in vobis qui creditis. Vos enim imitatores facti eſtis, fratres mei,
‖ Eccleſiarum Chriſti quæ ſunt in Judæa, in Chriſto Jeſu, quia ea-
dem paſſi eſtis et vos § a contribulibus veſtris, ſicut et ipſi a Judæis;
15 Qui et Dominum Jeſum occiderunt, et prophetas ſuos, et nos per-

| | | |
|---|---|---|
| 1 ܒܝܕ ܐܦ] | In margine MSti | ܒܝܕ (ܐܦ) |
| 2 ܠܟ ܕܟܟ] | | (ܠܟ) ܐܦ (ܕܟܟ) |
| 3 ܕܫܒܚ ܠܟ] | | ܠܟ (ܕܫܒܚ) |
| 4 ܠܟ ܡܢ ܕܟܟ ܒܝܕ] | | ܒܝ (ܠܟ) |
| † qui vocavit] | Lectio Marg. | (qui) Vocat |
| ‡ non verbum] | | (non) Tanquam (verbum) |
| ‖ Eccleſiarum Chriſti] | | (Eccleſiarum) Dei |
| § a contribulibus veſtris] | | (a) Judæis, |

ſecuti ſunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adverſantur:
Prohibentes nos loqui gentibus ut ſerventur, ut compleant peccata 16
ſua ſemper: pervenit autem ſuper eos ira in finem.

Nos autem, fratres mei, orbati a vobis ad tempus horæ, aſpectu, 17
non corde, abundantius ſtuduimus videre faciem veſtram, in deſide-
rio multo. Ideo voluimus venire ad vos, (ego quidem Paulus ⁂ et ↙ 18
ſemel et iterum,) et impedivit me Satanas. Quæ eſt enim ſpes 19
noſtra, aut gaudium, aut corona gloriationis? annon et vos coram
Domino noſtro Jeſu in adventu ejus? Vos enim eſtis gloria noſtra, 20
Cap. III. et gaudium. Propterea non amplius ſuſtinentes, voluimus relinqui 1
Athenis ſoli. Et miſimus Timotheum fratrem noſtrum, et miniſ- 2

trum Dei, ⁜ et adjutorem noſtrum ✓ in Evangelio Chriſti, ut con-
3 firmaret vos, et conſolaretur de fide veſtra: Ut nemo commoveatur
in afflictionibus iſtis: vos enim ſcitis, quod ad hoc poſiti ſumus.
4 Etenim quum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis, quod futuri
5 eſſemus affligi, ſicut et factum eſt, et ſcitis. Propterea et ego, non
amplius ſuſtinens, miſi ut cognoſcerem fidem veſtram: ne forte
6 tentaverit vos tentator, et in vanum fiat labor noſter. Nunc autem
quum veniſſet Timotheus ad nos a vobis, et annunciaviſſet nobis
fidem et charitatem veſtram, et quia † habetis memoriam noſtri bo-
7 nam ⁜ ſemper ✓, deſiderantes videre nos, ſicut et nos vos: Propter-
ea conſolationem accepimus, fratres noſtri, de vobis in omni neceſ-

† habetis *Vid. Not.*

ſitate et afflictione noſtra, † per fidem veſtram : Quoniam nunc vi- 8
vimus, ſi vos ſtatis in Domino. Quam enim gratiarum actionem 9
poſſumus rependere Deo pro vobis, ſuper omni gaudio quo gaude-
mus propter vos coram Deo noſtro : Nocte et die valde abundanter 10
rogantes, ut videamus faciem veſtram, et compleamus defectiones
fidei veſtræ ? Ipſe autem Deus, et pater noſter, et Dominus noſter 11
Jeſus Chriſtus, dirigat viam noſtram ad vos. Vos autem Dominus 12
augeat, et abundare faciat charitate in invicem, et in omnes, quem-
admodum et nos in vos : Ut confirmetis corda veſtra inculpata in 13
ſanctitate, coram Deo et Patre noſtro, in adventu Domini noſtri
Jeſu Chriſti, cum omnibus ſanctis ejus.

1 بحصم ؛ لاحمصه صم] In margine MSti محلا (بحصم ؛ لاحمصه صم ؛ لاحمصه صم ؛ لاحمصه ص

1 CAP. IV.
2
3
4 * ο αγιασμος
5
6
7
8

1 Proinde igitur, fratres mei, rogamus vos et obſecramus in Domino CAP. IV.
Jeſu, quemadmodum accepiſtis a nobis, quomodo oporteat vos am-
2 bulare, et placere Deo, ut ambulantes, abundetis magis. Scitis enim
⁜ fratres mei ✓ quæ mandata dederimus vobis per Dominum Jeſum
3 Chriſtum. Hæc enim eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: ut
4 abſtineatis a ſcortatione: Ut ſciat unuſquiſque ex vobis vas ſuum
5 poſſidere in ſanctificatione et honore: Non in paſſione deſiderii,
6 ſicut et gentes quæ non noverunt Deum: Ut non tranſgrediatur
*quis* et circumveniat in negotio fratrem ſuum: quoniam vindex
Dominus ⁻ eſt ✓ de omnibus his, ſicut et prædiximus vobis et
7 teſtati ſumus. Non enim vocavit nos Deus ad impuritatem, ſed
8 ad ſanctificationem. Itaque igitur qui aſpernatur, non hominem

aſpernatur, ſed Deum, qui et dedit Spiritum ſuum Sanctum † in nobis.

De autem charitate fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere 9
vobis : ipſi enim vos docti a Deo eſtis, ut diligatis alii alios. Et- 10
enim facitis hoc in omnes fratres, et in illos qui in tota Macedonia.
Rogamus autem vos, fratres noſtri, ut excellatis magis, Et augea- 11
mini, et quieti ſitis, et agatis quæ veſtra, et operemini manibus
veſtris, ſicut et præcepimus vobis : Ut ambuletis honeſte erga eos 12
qui foris, et nullius opus habeatis.

Nolo [*autem*] ut ignoretis, fratres mei, de iis qui obdormi- 13
unt, ut non contriſtemini, ſicut et reliqui qui non habent ſpem.

1 ص] In margine MSti صح
† in nobis] Lectio Marg. In vobis

14 ܀ ܥܡܗ ܐܝܟ ܗܘܐ ܕܡܝܬ ܝܫܘܥ ܘܩܡ ܐܦ ܗܟܝ ܀ ܐܠܗܐ ܐܦ ܐܝܠܝܢ
ܕܢܡܘ ܒܝܫܘܥ ܥܡܗ ܢܐܝܬܝ ܀ ܗܐ ܗܟܝ ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܒܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ
15 ܕܚܢܢ ܕܚܝܝܢ ܕܫܪܝܢ ܠܡܐܬܝܗ ܕܡܪܝܐ ܠܐ ܢܩܕܡ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܢܡܘ ܀ ܡܛܠ ܕܗܘ ܡܪܝܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܒܩܠ ܪܝܫ ܡܠܐܟܐ ܘܒܩܠ
16 ܫܦܪܐ ܕܐܠܗܐ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܝܬܐ ܕܒܡܫܝܚܐ ܢܩܘܡܘܢ
17 ܩܕܡܝܬ ܀ ܗܐ ܗܟܝ ܐܦ ܚܢܢ ܕܚܝܝܢ ܕܫܪܝܢ ܥܡܗܘܢ ܢܬܚܛܦ
ܒܥܢܢܐ ܠܩܒܠܬܐ ܕܡܪܝܐ ܒܐܘܝܪܐ ܘܗܟܝ ܒܟܠ ܙܒܢ ܥܡ ܡܪܝܐ
18 ܢܗܘܐ ܀ ܗܟܝ ܢܦܫܟܘܢ ܐܚ ܠܐܚ ܒܡܠܐ ܗܠܝܢ ܀

ا ܀ ܠܥܠ ܙܒܢܐ ܘܥܕܢܐ ܐܚܝ ܠܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܕܐܢ ܐܟܬܒ ܠܟܘܢ ܀ ا ܟܦ ٥
2 ܀ ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܒܫܦܝܪ ܕܝܘܡܐ ܕܡܪܝܐ ܐܝܟ ܓܢܒܐ ܒܠܠܝܐ ܀

14 Si enim credimus quod Jeſus mortuus eſt et reſurrexit; ita Deus
15 et eos qui obdormierunt † per Jeſum, adducet cum eo. Hoc enim
vobis dicimus in verbo Domini; Quia nos viventes, relicti in ad-
16 ventu Domini, non præveniemus eos qui obdormierunt: Quoniam
ipſe Dominus, in juſſu, in voce archangeli, et in tuba Dei deſcendet
17 de cœlo, et mortui qui in Chriſto reſurgent primum. Deinde nos
viventes, relicti, ſimul cum iis rapiemur in nubem, in occurſum Do-
18 mini in aëra, et ita ſemper cum Domino erimus. Itaque conſolamini
alii alios in verbis his.

1 De autem temporibus et momentis, fratres mei, non opus habetis CAP. V.
2 ſcribi vobis. Vos enim penitus ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur

1 ܕܡܝܬ ܝܫܘܥ] In margine MSti (ܥܡܗ) ܒܝܫܘܥ (ܕܡܝܬ)
† per Jeſum] Lectio Marg. (per) Chriſtum (Jeſum)

nocte, ita venit. Quum autem dixerint, Pax et ſecuritas; tunc 3
repente ſuperveniet iis interitus, ſicut dolor partus in utero habenti:
et non effugient. Vos autem, fratres mei, non eſtis in tenebris, ut 4
dies ille tanquam fur vos comprehendat. Omnes enim vos filii lu- 5
cis eſtis, et filii diei; non ſumus noctis, neque tenebrarum. Nempe 6
igitur ne dormiamus ſicut et reliqui, ſed vigilemus et experrecti ſi-
mus mente. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: et qui inebri- 7
antur, nocte inebriantur: Nos autem qui diei ſumus, experrecti ſi- 8
mus mente, induti loricam fidei et charitatis, et galeam, ſpem ſalu-
tis. Quoniam non poſuit nos Deus ad iram, ſed ad acquiſitionem 9
ſalutis per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Qui mortuus eſt 10

1 [illegible] In margine MSti ϑωρακα—[illegible]

2 [illegible] [illegible]—εις περιποιησιν

pro nobis, ut ſive vigilemus, ſive dormiamus, ſimul cum eo viva-
11 mus. Quapropter conſolamini alii alios, et ædificate invicem, ſicut
et facitis.
12 Rogamus autem vos, fratres noſtri, ut agnoſcatis eos qui laborant
13 inter vos, et præſunt vobis in Domino, et admonent vos : Et exiſti-
mate eos valde abundanter in charitate, propter opus ipſorum. Pa-
14 cem habete cum iis. Rogamus autem vos, fratres noſtri, admonete
inordinatos, conſolamini puſillanimes, ſublevate infirmos, longanimes
15 eſtote erga omnes. Videte ne quis malum pro malo cuipiam repen-
16 dat : ſed ſemper ⁻poſt✓ bonum ſectamini, et in invicem, et in om-
17
18 nes. Semper gaudete. Indeſinenter orate. In omnibus gratias
19 agite : hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Jeſu in vos. Spiritum

ne extinguite. Prophetias ne ſpernite. Omnia autem † exploran- 20 21
rantes, bonum tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete. Ipſe au- 22
tem Deus pacis ſanctificet vos perfectos: et integre ſpiritus veſter, 23
et anima, et corpus, ſine culpa in adventu Domini noſtri Jeſu
Chriſti conſerventur. Fidelis ⸗ eſt ↙ qui vocavit vos: qui etiam 24
faciet. Fratres noſtri, orate et pro nobis. Salutate fratres omnes in 25 26
oſculo ſancto. Adjuro vos in Domino, ut legatur Epiſtola omnibus 27
fratribus ſanctis. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Amen. 28

1 ... In margine MSti ... Lectio Marg.

† explorantes] Explorate

*Finita eſt Epiſtola ad Theſſalonicenſes prima, quæ ſcripta fuit a Laodicea.*

# EPISTOLA PAULI

## AD THESSALONICENSES SECUNDA.

1 PAULUS, et Sylvanus, et Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicen- CAP. I.
2 ſium, quæ *eſt* in Deo Patre noſtro, et Domino Jeſu Chriſto: Gratia
vobis, et pax a Deo Patre noſtro, et Domino Jeſu Chriſto.
3 Gratias agere debemus Deo ſemper pro vobis, fratres noſtri, ſicut
par eſt, quoniam vehementer creſcit fides veſtra, et abundat charitas
4 omnium veſtrum, uniuſcujuſque veſtrum in invicem: Ita ut nos ipſi in
vobis gloriemur in Eccleſiis Dei, propter tolerantiam veſtram, et fidem
in omnibus perſecutionibus veſtris, et afflictionibus quas toleratis:

Indicium judicii juſti Dei, ut digni habeamini regno Dei, pro quo 5
et patimini. Si quidem juſtum apud Deum rependere iis qui affli- 6
gunt vos, afflictionem ; Et vobis qui affligimini, requiem nobiſcum, 7
in revelatione Domini Jeſu de cœlo, cum angelis virtutis ejus, † In 8
flamma ignis, dantis ultionem iis qui non noverunt Deum, et iis qui
non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu : Qui judicio condem- 9
nabuntur perditionis æternæ, a facie Domini, et a gloria virtutis
ejus : Quum venerit ut glorificetur in ſanctis ſuis, et admirabilis 10
fiat in omnibus qui crediderunt, (quia creditum eſt teſtimonium
noſtrum ſuper vos) in illo die. In quod etiam oramus ſemper pro 11

1 ;ﻫﺪ ﺍﻟﻌﺪﻝ] In margine MSti ﺍﻟﻌﺪﻝ ;ﺩﻫ

† In flamma ignis] Lectio Marg. In igni flammæ

vobis, ut vos dignos efficiat Deus vocatione noſtra, et impleat om-
12 nem bonam voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute: Ut glo-
rificetur nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti in vobis, et vos in eo,
ſecundum gratiam Dei noſtri, et Domini Jeſu Chriſti.

1 Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini Jeſu Chriſti, CAP. II.
2 et congregationem noſtram ad eum, Ne cito commoveamini a mente
⁜ veſtra ↙, neque conturbemini, neque per ſpiritum, neque per ſer-
monem, neque per epiſtolam tanquam per nos, quaſi inſtet dies Do-
3 mini. Ne quis vos decipiat ullo modo: quoniam niſi venerit de-
fectio prius, et revelatus fuerit homo ille peccati, ille filius perditio-
4 nis: Qui contrarius *eſt* et extollit ſe ſupra omnem qui dicitur Deus,
aut numen; adeo ut ipſe in templo Dei ⁜ tanquam Deus ↙ ſedeat,

oſtendens ſeipſum eſſe Deum. Nonne meminiſtis, quod, quum ad- 5
huc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat 6
ſcitis, ut reveletur tempore ſuo. (Myſterium enim iniquitatis jam 7
operatur, tantum uſquedum is qui detinet nunc, e medio tollatur:)
Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jeſus conſumet 8
ſpiritu oris ſui, et abolebit apparitione adventus ſui: Cujus eſt ad- 9
ventus in operatione Satanæ, cum omni virtute, et prodigiis, et ſig-
nis mendacii; Et in omni ſeductione iniquitatis in iis qui pereunt: 10
propterea charitatem veritatis non receperunt, ut ſervarentur. Et 11
propter hoc mittet iis Deus operationem erroris, ut credant menda-
cio. Ut condemnentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed 12
complacitum eſt iis in iniquitate.

13 Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis, fratres
noſtri, dilecti a Domino, quod vos elegerit Deus primitias ad ſalutem
14 in ſanctificatione ſpiritus, et fide veritatis: Ad quam et vocavit vos
per Evangelium noſtrum in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri
15 Jeſu Chriſti. Nempe igitur, fratres noſtri, ſtate, et tenete traditio-
nes quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram.
16 Ipſe autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, et Deus, et Pater noſter,
qui dilexit nos, et dedit conſolationem æternam, et ſpem bonam in
17 gratia, Conſoletur corda veſtra, et confirmet in omni opere et ſer-
mone bono.

CAP. III.

1 Deinceps, fratres mei, orate pro nobis, ut ſermo Domini currat,
2 et glorificetur, ſicut et apud vos: Et ut eripiamur ab hominibus fœ-

dis et malis: non enim omnium ÷est✓ fides. Fidelis autem est 3
Dominus, qui ⁜et✓ confirmabit vos, et cuſtodiet vos ab omni malo.
Confidimus autem in Domino de vobis, quoniam quæ præcipimus 4
vobis, et facitis, et facietis. Dominus autem dirigat corda veſtra ad 5
charitatem Dei, et ad patientiam Chriſti.

Præcipimus autem vobis, fratres noſtri, in nomine Domini noſtri 6
Jeſu Chriſti, ut ſubducatis vos ab omni fratre qui inordinate ambu-
lat, et non ſecundum † traditionem, quam accepiſtis a nobis. Vos 7
enim ſcitis quomodo oporteat imitari nos; quoniam non fuimus
inordinati inter vos: Neque panem gratis comedimus ab ullo, ſed 8

1 |ܠܡܬܒܥܝ] In margine MSti ||ܠܡܬܒܥܝ—εις την υπομονην
2 |ܕܡܫܠܡܢ] ||ܕܝܠܢ (|ܕܡܫܠܡܢ)
† traditionem] Lectio Marg. (traditionem) Noſtram

in labore et fatigatione nocte et die operabamur, ne oneri eſſemus
9 ulli ex vobis. Non quia non habemus poteſtatem, ſed ut noſipſos
10 exemplum daremus vobis, ut imitaremini nos. Etenim quum apud
vos eſſemus, hoc præcipiebamus vobis; Quoniam ſi quis noluerit
11 operari, nec comedat. Audimus enim quod aliqui ambulant inter
12 vos inordinate, nihil operantes, ſed curam adhibentes de aliis. Iis
autem qui iſtiuſmodi *ſunt* præcipimus, et rogamus per Dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum, ut cum quiete operantes panem ſuum
13 comedant. Vos autem, fratres noſtri, ne moleſtum ſit vobis in bene-
14 faciendo. Si autem quis non auſcultet verbo noſtro per epiſtolam,

1 ⟨illegible⟩] In margine MSti ⟨illegible⟩

15 ܐܚܝܕܝܐ ܠܐ ܬܚܫܒܘܗܝ ܐܠܐ ܐܡܪܘ ܠܗ ܐܝܟ ܐܚܐ ܠܐ ܒܥܕܝܐ ܕܬܬܟܠܡ ܥܡ ܗܘ ܕܢܬܟܠܡ ܒܗ ܠܡܐ ܕܢܬܒܣܡ ܠܗ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ

16 ܐܠܐ ܐܡܪܘ ܠܗ ܐܝܟ ܐܚܐ ܠܐ ܒܥܕܝܐ ܕܬܬܟܠܡ ܥܡ ܗܘ ܕܢܬܟܠܡ ܒܗ ܠܡܐ ܕܢܬܒܣܡ ܠܗ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ

ܐܠܐ ܐܡܪܘ ܠܗ ܐܝܟ ܐܚܐ ܠܐ ܒܥܕܝܐ ܕܬܬܟܠܡ ܥܡ ܗܘ ܕܢܬܟܠܡ ܒܗ ܠܡܐ ܕܢܬܒܣܡ ܠܗ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ

17 ܐܠܐ ܐܡܪܘ ܠܗ ܐܝܟ ܐܚܐ ܠܐ ܒܥܕܝܐ ܕܬܬܟܠܡ ܥܡ ܗܘ ܕܢܬܟܠܡ ܒܗ ܠܡܐ ܕܢܬܒܣܡ ܠܗ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ

18 ܐܠܐ ܐܡܪܘ ܠܗ ܐܝܟ ܐܚܐ ܠܐ ܒܥܕܝܐ ܕܬܬܟܠܡ ܥܡ ܗܘ ܕܢܬܟܠܡ ܒܗ ܠܡܐ ܕܢܬܒܣܡ ܠܗ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ

ܐܠܐ ܐܡܪܘ ܠܗ ܐܝܟ ܐܚܐ ܠܐ ܒܥܕܝܐ ܕܬܬܟܠܡ ܥܡ ܗܘ ܕܢܬܟܠܡ ܒܗ ܠܡܐ ܕܢܬܒܣܡ ܠܗ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ ܠܐ ܐܦ ܠܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܘܫܐ

hunc ſeparate, et ne commiſceamini cum eo, ut pudeſiat: Neque ut 15
inimicum exiſtimate, ſed admonete ut fratrem. Ipſe autem Domi- 16
nus pacis det vobis pacem ſemper omni modo. Dominus cum omnibus vobis.

Salutatio mea, manu mea Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſto- 17
la: ita ſcribo. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vo- 18
bis. Amen.

1 [7] In margine MSti σημειον — ܣܝܡܐ

*Finita eſt Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes, quæ ſcripta fuit ab Athenis.*

# EPISTOLA PAULI
## AD TIMOTHEUM PRIMA.

1 PAULUS Apoſtolus Chriſti Jeſu, ſecundum mandatum Dei CAP. I.
2 ſervatoris noſtri, et Chriſti Jeſu, ſpei noſtræ: Timotheo filio germano in fide: gratia, miſericordia, pax a Deo Patre noſtro, et Chriſto Jeſu Domino noſtro.
3 Sicut rogavi te remanere Epheſi, quum proficiſcerer in Macedo-
4 niam, ut præciperes quibuſdam ne aliter docerent: Neque autem attenderent fabulis, et genealogiis ſine fine, quæ quæſtiones præbent
5 magis, quam † diſpenſationem Dei, quæ in fide. Finis autem præ-

1 [ܥܕܝܬܐ] In margine MSti ܒܢܝܢܐ
† diſpenſationem] Lectio Marg. Ædificationem

cepti eſt charitas ex corde puro, et conſcientia bona, et fide ſine hy-
pocriſi: A quibus quidam declinantes, converſi ſunt in vanitatem 6
verborum, Volentes eſſe doctores legis, quum non intelligant, neque 7
quæ dicunt, neque de quibus contendunt. Scimus autem quia lex 8
bona eſt, ſi quis ea legitime utatur: Sciens hoc, quia juſto lex non 9
poſita *eſt*, iniquis autem, et non ſubditis, et improbis, et peccatoribus,
impiis, et impuris, patricidis, et matricidis, homicidis, Scortatoribus, 10
concumbentibus cum maſculis, plagiariis, mendacibus, perjuris, et ſi
quid aliud quod contrarium doctrinæ ſanæ eſt: Secundum evange- 11
lium gloriæ beati Dei, quod creditus ſum ego. Et gratias debeo illi 12

1 [ⲁⲛⲁ ⲛⲟⲙⲟⲥ] In margine MSti ανδροφονοι — ⲁⲛⲇⲣⲟⲫⲟⲛⲟⲥ
2 [ⲛⲓⲙ ⲛⲁⲥⲉⲃⲏⲥ] ανδροποδισταις — ⲁⲛⲇⲣⲟⲡⲟⲇⲓⲥⲧⲁⲓⲥ

qui corroboravit me, Chriſto Jeſu Domino noſtro, quia fidelem me
13 exiſtimavit, ponens me in miniſterium: Qui prius eram blaſphe-
mus, et perſecutor, et contumelioſus: ſed miſericordiam conſecutus
14 ſum, propterea quod ignorans feci in incredulitate. Valde abun-
davit autem gratia Domini noſtri cum fide et charitate quæ in
15 Chriſto Jeſu. Fidelis ⸗ eſt ↙ ſermo, et omni acceptione dignus;
quia Chriſtus Jeſus venit in mundum ad ſervandum peccatores,
16 quorum primus ſum ego. Sed propterea miſericordiam conſecutus
ſum, ut in me primo oſtenderet Jeſus Chriſtus omnem longanimi-
tatem, ad exemplum eorum qui crediturus eſſent in ipſum ad vitam
17 æternam. Regi autem ſeculorum, † incorruptibili, inviſibili, ſoli

1 كلل صلابنصكنا] In margine MSti كلل صمحلا
† incorruptibili] Lectio Marg. Immortali

sapienti Deo, honor et gloria in secula seculorum. Amen. Hoc 18
mandatum commendo tibi, fili mi Timothee, secundum prophetias
quæ præcedebant de te, ut milites in illis militiam bonam, Habens 19
fidem et conscientiam bonam: quam quidam a se repellentes, circa
fidem naufragaverunt. Ex quibus est Hymenæus, et Alexander, 20
quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.

CAP. II. Adhortor igitur, ut primum omnium facias deprecationes, oratio- 1
nes, preces, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: Pro regi- 2
bus, et omnibus qui in eminentia sunt, ut vitam tranquillam et
quietam agamus in omni pietate et sobrietate: Hoc enim bonum 3
et acceptum coram Servatore nostro Deo: Qui omnes homines vult 4

ſervari, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus
et mediator Dei et hominum, homo Chriſtus Jeſus: Qui dedit
ſeipſum redemptionem pro omnibus, teſtimonium temporibus ſuis.
In quod poſitus ſum ego prædicator et Apoſtolus, (veritatem dico
et non mentior) doctor gentium in fide et veritate.
Volo igitur ut orent viri in omni loco, attollentes manus ſanctas,
abſque ira et vanis cogitationibus. Similiter et mulieres in habitu
humili, cum verecundia et modeſtia, ornent ſeipſas, non in intor-
nibus, aut auro, aut margaritis, aut veſtitu pretioſo: Sed, (quemad-
modum decet mulieres profitentes pietatem) per opera bona. Mu-
lier in ſilentio diſcat, in omni ſubmiſſione. Mulieri autem docere
non permitto, neque dominari in virum, ſed ut ſit in ſilentio. Ad-

mus enim primus formatus eſt, et deinde Eva: Et Adamus non 14
ſuit deceptus; mulier autem ſeducta in tranſgreſſione fuit: Servabi- 15
tur autem per generationem filiorum, ſi manſerint in fide, et chari-
tate, † et ſanctificatione, cum caſtitate.

CAP. III. Fidelis ⁻ eſt ↙ ſermo: Si quis Epiſcopatum expetit, opus bonum 1
deſiderat. Oportet igitur ut Epiſcopus irreprehenſibilis ſit, vir unius 2
uxoris, vigilans mente, temperans, ſobrius, amans hoſpites, didacti-
cus: Non tranſgreſſor in vino, ‡ non percuſſor: ſed lenis, non liti- 3
gioſus, non amans argentum, Domum ſuam bene gubernans, filios 4

1 ]ܥܕܐ ܕܐ ܕܥܒܕ ܐ] In margine MSti (ܐ ܕܥܒܕ ܐ ܕܥܒܕ)
ܐ

2 ]ܘ ܒܝܬܗ[ ]ܘ[ ]ܚ ܒ ܐ ܘ ܒܝܬܗ)

† et ſanctificatione, cum caſti- Lectio Marg. (et ſanctificatione, cum caſti-
tate] tate) Et prudentia.

‡ non percuſſor:] *Vid. Not.* (non percuſſor,) [*non*] Rapax:

habens in ſubjectione cum omni caſtitate: (Si autem quis domum
ſuam gubernare neſciat, quomodo Eccleſiam Dei curabit?) Non
nuper inſitus, ne elatus in judicium incidat Diaboli. Oportet eum
autem et teſtimonium bonum habere ab iis qui foris, ut non in
opprobrium incidat, et in laqueum Diaboli.

Diaconi ſimiliter *ſint* graves, non bilingues, non vino multo de-
diti, non turpe ſectantes lucrum: Habentes myſterium fidei in con-
ſcientia pura. Et hi autem probentur prius, et deinde miniſtrent,
cum fuerint ſine culpa. Uxores ſimiliter *ſint* graves, non calumnia-
trices, vigilantes mente, fideles in omnibus. Diaconi ſint viri unius
uxoris, filiis ſuis bene præſidentes, † et domibus ſuis. Qui enim bene

† et domibus ſuis] *Vid. Not.*

ministraverint, gradum bonum sibiipsis acquirunt, et fiduciam multam in fide quæ in Christo Jesu.

Hæc tibi scribo, sperans me venturum ad te cito : Si autem tarda- 14
vero, ut scias quomodo oporteat *te* in domo Dei versari, quæ est 15
Ecclesia Dei vivi : columna et fundamentum veritatis. Et mani- 16
feste magnum est mysterium pietatis : † quod manifestatum est in carne, justificatum est in Spiritu, visum est angelis, prædicatum est inter gentes, creditum est in mundo, sublatum est in gloriam.

CAP. IV. Spiritus autem diserte dicit ; Quia in temporibus posterioribus dis- 1
cedent quidam a fide, attendentes spiritibus deceptoribus, et doctrinis dæmoniorum, In hypocrisi loquentium mendacium, cauteriatam ha- 2

1 ﻝﻮﻘﻳ] In margine MSti (ﻝﻮﻘﻳ) ﻉ

† quod manifestatum est] *Vid. Not.*

bentium conſcientiam ſuam, Prohibentium nubere, abſtinere a cibis,
quos Deus creavit ad acceptionem cum gratiarum actione fidelibus,
et cognoſcentibus veritatem: Quia omnis creatura Dei bona, et non
eſt quicquam rejiciendum, cum gratiarum actione ſumptum: Sanc-
tificatur enim per verbum Dei et orationem. Hæc quum ſubjeceris
fratribus, miniſter bonus eris Chriſti Jeſu, educatus in verbis fidei, et
doctrinæ præclaræ, quam aſſequutus es. A fabulis autem immundis
et anilibus ſubducito te: exerce autem teipſum ad pietatem. Ex-
ercitatio enim corporalis ad modicum eſt utilis: pietas autem ad
omnia utilis eſt, † promiſſiones habens vitæ quæ nunc, et futuræ.
Fidelis eſt ſermo, et omni acceptione dignus. Ad hoc enim labo-

1 ܦ̈ܘܩܕܢܐ] In margine MSti ܦ̈ܘܩܕܢܐ
† promiſſiones] Lectio Marg. Promiſſionme

ramus, et probris afficimur, quod ſperemus in Deo vivo, qui eſt
† Servator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc, et 11
doce.

Ne quiſquam juventutem tuam contemnat: ſed exemplum eſto 12
fidelium, in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in puritate.
Donec venero, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne ſpernas 13
donum quod in te, quod datum eſt tibi per prophetiam, cum impo- 14
ſitione manuum preſbyterii. Hæc meditare, in his eſto: ut profectus 15
tuus manifeſtus ſit omni homini. ‡ Attende tibiipſi, et doctrinæ: 16
permane in iſtis: quum hoc enim feceris, et teipſum ſervabis, et
eos qui audiunt te.

| | | |
|---|---|---|
| 1 ]ܡܘܣܝ] | In margine MSti | ]ܐ |
| 2 ]ܐܒ̈ܗ] | | ]ܐܒܝ |
| † Servator] | Lectio Marg. | Pater |
| ‡ Attende] | | Cave |

1 Seniorem ne increpaveris, ſed adhortare ⸗ eum ⸗ ut patrem : CAP. V.
2 juniores, ut fratres : Majores natu *mulieres*, ut matres : juniores, ut
ſorores, in omni puritate.
3 Viduas honora, vere viduas. Si autem vidua filios aut nepotes
4 habet, diſcant primum in domo ſua pietatem exercere, et uſuras
5 rependere ſenioribus ſuis : hoc enim eſt acceptum coram Deo. Quæ
autem vere vidua ⸗ eſt ⸗ et ſolitaria, ſperavit in Deum, † et permanet
6 in obſecrationibus, et orationibus nocte et die. Quæ autem delicioſa
7 *eſt*, vivens mortua eſt. Et hæc præcipe, ut irreprehenſibiles ſint.
8 Si autem quis ſuorum, et maxime domeſticorum non curam habet,

1 ⸗ ⸗] In margine MSti ευσεβειν—
2 ]
† et permanet] *Vid. Not.*
σπαταλωσα—

fidem abnegavit, et eſt pejor quam infidelis. Vidua eligatur non 9
minus annorum ſexaginta, quæ fuerit unius viri uxor; In operibus 10
bonis teſtimonio ornata; ſi educavit liberos, ſi excepit advenas, ſi
lavit pedes ſanctorum, ſi ſuffecit afflictis, ſi omne opus bonum ſub-
ſecuta eſt. A viduis autem junioribus abſtine: cum enim laſcivie- 11
rint adverſus Chriſtum, nubere volunt: Habentes condemnationem, 12
quia fidem primam abjecerunt. Simul autem et eſſe otioſæ diſcunt, 13
circumeuntes domos: non ſolum autem otioſæ, ſed et nugaces, et
perveſtigantes aliena, loquentes quæ non decentia. Volo igitur ut 14
juniores nubant, pariant liberos, ſint matres-familiarum, nullam occa-
ſionem præbentes adverſario gratia maledicentiæ. Jam enim quæ- 15

1 [ܐ̈ܚ̈ܪ̈ܢ̈ܐ In margine MSti ܐ̈ܚ̈ܪ̈ܢ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܥ̈ܠ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܥ̈ܠ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܥ̈ܠ̈ܐ ⁘

16 dam deflexerunt poſt Satanam. Si quis fidelis, aut qua fidelis habet viduas, ſufficiat iis, et non gravetur Eccleſia, ut iis quæ vere viduæ *ſunt* ſufficiat.

17 Preſbyteri, bene præſidentes, honore duplici digni habeantur;
18 maxime ii qui laborant in verbo et doctrina. Dixit enim ſcriptura; Bovi trituranti non obligabis os: et; Dignus eſt operarius mercede ſua.

19 Adverſus preſbyterum accuſationem ne recipias, niſi coram duo-
20 bus aut tribus teſtibus. Eos qui peccant coram omnibus argue, ut
21 et reliqui timorem habeant. Obteſtor coram Deo, et Domino Jeſu Chriſto, et angelis electis, ut hæc ſerves ſine præjudicio, nihil faciens ſecundum inclinationem.

22 Manus cito nemini imponas, neque communices peccatis alienis.
23 Teipsum purum serva. Ne amplius bibas aquam, sed vino modico
24 utere, propter stomachum tuum, et infirmitates tuas crebras. Quo-
rundam hominum peccata nota sunt, præeuntia ad judicium, quos-
25 dam autem et subsequuntur. Similiter et opera bona nota sunt, et
ea quæ aliter *se* habent, occultari non possunt.

CAP. VI. 1 Omnes servi qui sunt sub jugo, dominos suos omni honore dignos
arbitrentur: ut non nomen Dei et doctrina blasphementur. Illi
2 autem qui fideles habent dominos, ne contemnant, quia fratres
sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt et dilecti, beneficium ad-
juvantes. Hæc doce et exhortare. Si quis aliter docet, et non re-
3

ſpicit ad ſermones ſanos Domini noſtri Jeſu Chriſti, et ad doctrinam
4 quæ ſecundum pietatem, Superbus *eſt*, nihil ſciens, ſed languens circa
quæſtiones et pugnas verborum : ex quibus fit invidia, contentiones,
5 maledicentiæ, ſuſpiciones malæ, Diſputationes hominum corrupto-
rum mente, privatorum veritate, exiſtimantium quod quæſtus ſit pie-
6 tas : diſcede ab hujuſmodi. Eſt autem quæſtus magnus pietas cum
7 bona ſufficientia. Nihil enim † intulimus in mundum : notum eſt
8 quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta et tegu-
9 menta, hæc ſufficiant nobis. Qui autem volunt diteſcere, incidunt
in tentationem, et laqueum, et cupiditates multas amentes et affli-
10 gentes, quæ demergunt homines in exitium et perditionem. Radix

1 احجبي كذلك] In margine MSti هزمزلا (احجبي كذلك)
† intulimus in mundum :] Lectio Marg. (intulimus in mundum :) Vere

enim omnium malorum eſt amor pecuniæ: quam quidam appe-
tentes, aberrarunt a fide, et ſeipſos transfixerunt doloribus multis.
Tu autem, O homo Dei, ab iſtis fuge: ſectare autem juſtitiam, 11
pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Certa 12
certamen præclarum fidei; apprehende vitam æternam, ad quam
⁂ et ✓ vocatus es, et confeſſus es confeſſionem præclaram coram
teſtibus multis. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et 13
Jeſu Chriſto, qui teſtatus eſt coram Pontio Pilato teſtimonium præ-
clarum: Ut ſerves mandatum incontaminatum, irreprehenſibile, 14
uſque ad apparitionem Domini noſtri Jeſu Chriſti: Quam tempo- 15
ribus ſuis oſtendet beatus et ſolus Potens, Rex regnantium, et Do-

1 ]ܡܛܠ In margine MSti ]ܡܛܠ ܒܝܕܐ ܠ
2 ]ܘܠܐ ܒܥܠ ܕܚܝܐ ܘܠܐ ]ܘܠܐ ܒܥܠ ܕܚܝܐ ܘܠܐ

minus dominorum ; Qui ſolus habet immortalitatem, lucem habi-
tans inacceſſibilem : quem vidit nullus hominum, neque videre
poteſt : cui honor, et robur quod in ſecula. Amen.

17 Divitibus qui in ſeculo quod nunc præcipe, ut non ſublime
ſapiant, neque ſperent in incertitudine divitiarum, ſed in Deo vivo,
18 (qui dat nobis omnia copioſe ad oblectationem ; Bene agere, diteſcere
in operibus bonis, ut faciles ad largitionem ſint, communicabiles ;
19 Ponentes theſaurum ſibiipſis fundamentum bonum in futurum, ut
20 apprehendant illam quæ vere vita. O Timothee, depoſitum cuſtodi,
devitans inanitates vocum impuras, et oppoſitiones ſcientiæ falſo

21 ܚܢܐ ܥܡ ܐܢܬ ܕܟ ܡܢ ܕܐܬܦܣ ܗܘ ܕܒܗ ܕܝܢ ܡܢ ܐܝܬ ܕܐܝܠܝܢ ܐܢܫܐ ܕܟ ܡܢ ܕܐܬܦܣ ܗܘ ܕܒܗ ܕܝܢ ܡܢ ܐܝܬ ܕܐܝܠܝܢ ܐܢܫܐ

ܐܡܝܢ ܀ ܥܡ ܟܠ ܐܢܬ ܕܟ ܡܢ ܕܐܬܦܣ ܗܘ ܕܒܗ ܕܝܢ ܡܢ ܐܝܬ ܕܐܝܠܝܢ ܐܢܫܐ

nominatæ: Quam quidam profitentes, a fide declinaverunt. Gratia 21
tecum. Amen.

*Finita est Epistola ad Timotheum prima, quæ scripta fuit a Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.*

# EPISTOLA PAULI

## AD TIMOTHEUM SECUNDA.

CAP. I.

1 PAULUS Apoſtolus Chriſti Jeſu per voluntatem Dei, ſecun-
2 dum promiſſionem vitæ quæ in Chriſto Jeſu: Timotheo filio di-
lecto, gratia, miſericordia, pax a Deo Patre ⁂ noſtro ✓, et Chriſto
Jeſu Domino noſtro.
3 Gratias debeo Deo, cui ſervio a primogenitoribus meis in conſci-
entia pura, quod ſine intermiſſione habeam † memoriam perpetuam
4 de te in precibus meis, nocte et die: Expetens videre te, memor

† memoriam perpetuam] *Vid. Not.*

lachrymarum tuarum, ut gaudio † implear; Recordationem accipiens 5
fidei minime ſimulatæ quæ in te, quæ habitavit primum in avia
tua Loïde, et matre tua Eunice: perſuaſus ſum autem quod et in te.

Propter quam cauſam, in memoriam revoco tibi, ut exſuſcites do- 6
num Dei, quod eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Non 7
enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, et charitatis,
et ſobrietatis.

Ne igitur pudeat te teſtimonii Domini noſtri ⁜ Jeſu Chriſti ↙, 8
neque mei, vincti ejus: ſed patere mala cum Evangelio, ſecundum
virtutem Dei, Qui ſervavit nos, et vocavit ‡ vocatione ſancta: non 9

| | | |
|---|---|---|
| 1 ]ܐܠܗܐ | In margine MSti | ܐܠܗܐ ܕ |
| 2 ]ܟܘܢ | | λωιδι — ܟܘܢ |
| 3 ]ܕܝܠܝ ]ܕܝܠܟ | | ιδια — (ܕܝܠܝ) ܒܝܬ (ܕܝܠܟ) |
| † implear] | Lectio Marg. | Implearis |
| ‡ vocatione ſancta] — | | (vocatione) Sua (ſancta) |

ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, et gratiam
10 quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante tempora ſeculorum : Manifeſtata eſt autem nunc per apparitionem † Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui abolevit quidem mortem, in lucem produxit autem vitam
11 et incorruptionem per Evangelium : In quod poſitus ſum ego præco,
12 et apoſtolus, et doctor gentium. Ob quam cauſam etiam hæc patior ; ſed non erubeſco : ſcio enim cui credidi, et perſuaſus ſum quia potens eſt ſervare depoſitum meum in illum diem.
13 Formam habe ſermonum ſanorum, quos a me audiſti, in fide et
14 charitate quæ in Chriſto Jeſu. Depoſitum bonum cuſtodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis.

1 ܒܟ̈ ܐܘܨ̈ܝ] In margine MSti (ܒܟ̈) ܐܝ (?)
2 ܥܠ̈ܡ̈ܝ] ܡ̄ ܕܡܪܢ
† Servatoris noſtri] Lectio Marg. Domini (noſtri)

Scis hoc, quod averterint ſe a me omnes qui in Aſia, ex quibus 15
eſt Phygellus et Hermogenes. Det Dominus miſericordiam domui 16
Oneſiphori, quia temporibus multis recreavit me, et catenam meam
non erubuit: Sed quum eſſet Romæ, ſtudioſius me quæſivit, et in- 17
venit. Det ei Dominus ut inveniat miſericordiam apud Dominum 18
in illo die: et quanta mihi Epheſi miniſtravit, melius tu noſti.

CAP. II. Tu † igitur, fili mi, fortis eſto in gratia quæ in Chriſto Jeſu: 1
Et quæ audiſti a me, per teſtes multos, hæc commenda hominibus 2
fidelibus, qui idonei erunt et alios docere. Tu igitur ‡ patere mala, 3
ſicut miles bonus Chriſti Jeſu. Nemo militans implicat ſe negotiis 4

| | | |
|---|---|---|
| 1 ܐܝܟܢܐ] | In margine MSti | ܒ |
| 2 ]ܠܒܢ ܕܬܬܥܒ[ | | (]ܠܒܢ ܕܬܬܥܒ) ܚܛ |
| † igitur] | Lectio Marg. | Autem |
| ‡ patere mala, i. q. κακοπάθησον] | | i, q. συγκακοπάθησον |

ſeculi, ut ei qui elegit eum in militiam, placeat. Si autem et cer-
tet quis, non coronatur, ſi legitime non certaverit. Agricolam labo-
rantem oportet primum de fructibus ſuis percipere. Intellige quæ
dico: det tibi enim Dominus intelligentiam in omnibus. Memor
eſto Jeſum Chriſtum ſuſcitatum fuiſſe ex mortuis, ex ſemine Davi-
dis, ſecundum Evangelium meum: In quo patior mala uſque ad
vincula, quaſi maleficus: ſed verbum Dei non vinctum eſt. Prop-
terea omnia tolero propter electos, ut et ipſi ſalutem conſequantur
quæ in Chriſto Jeſu, cum gloria † æterna. Fidelis ÷ eſt ↙ ſermo;
Si enim cum eo mortui ſumus, et cum eo vivemus: Si toleramus,

1 ܠܥܠܡܐ] In margine MSti ܕܫܡܝܐ
† æterna] Lectio Marg. Cœleſti

et cum eo regnabimus : ſi abnegamus, et ille abnegabit nos : Si non 13
credimus, ille fidelis permanet : negare ſeipſum non poteſt.

Hæc commone, teſtificans coram † Domino, ut non contendant 14
verbis, ad nihil utile, ad ſubverſionem audientium. Stude ſiſtere 15
teipſum probabilem Deo, operarium non pudefactum, recte ſecan-
tem verbum veritatis. Ab impuris autem vaniloquiis averte te : 16
magis enim procedent ad impietates. Et ſermo eorum ut can- 17
cer paſtionem capiet : ex quibus eſt Hymenæus et Philetus ; Qui a 18
veritate aberrarunt, dicentes, quod reſurrectio jam facta ſit : et ſub-
vertunt fidem quorundam. Fundamentum quidem igitur firmum 19
Dei ſtat, habens ſignaculum hoc ; Novit Dominus eos qui ſunt

1 [ ] In margine MSti [illegible]
2 [ ]
† Domino] Lectio Marg. Deo

ejus: et diſcedat ab iniquitate omnis nominans nomen Domini.
20 In domo autem magna, non ſunt tantum vaſa aurea et argentea, ſed et lignea et teſtacea: et quædam quidem ad honorem, quædam
21 autem ad dedecus. Si igitur quis emundaverit ſeipſum ab his, erit vas ad honorem, ſanctificatum, et bene utile Domino ſuo: ad omne
22 opus bonum præparatum. Ab autem concupiſcentiis juvenilibus fuge: ſectare autem juſtitiam, fidem, charitatem, pacem cum om-
23 nibus qui invocant Dominum de corde puro. A quæſtionibus au-
24 tem ſtultis et ineruditis abſtine, ſciens quia gignunt pugnas. Servum autem Domini non oportet pugnare, ſed eſſe manſuetum
25 erga omnes, docibilem, longanimem, In lenitate erudientem poſitos contra ſe, ſi forte det iis Deus reſipiſcentiam ad agnitionem veritatis,

Et excitentur e laqueo Diaboli, qui vivi capiuntur ab eo ad volun- 26
tatem ipſius.

Cap. III. Hoc autem ſcito, quod in diebus extremis inſtabunt tempora dura. 1
Erunt enim homines amantes ſuiipſorum, amantes argenti, inflati, 2
ſuperbi, maledici, parentibus non obſequentes, ingrati, impii, Sine cha- 3
ritate, ſine pace, calumniatores, incontinentes, immites, non amantes
bonorum, Proditores, præcipites, elati, amatores voluptatum potius 4
quam amatores Dei: Habentes formam pietatis, vim autem ejus 5
abnegantes: et ab his averte faciem tuam. Ex his enim ſunt 6
irrepentes in domos, et captivas ducentes mulierculas oneratas pec-
catis multis, ductas cupiditatibus et voluptatibus variis: Semper 7
diſcentes, et nunquam ad agnitionem veritatis venire valentes.

8 ܐܝܢܐ ܕܝܢܐ ܕܐܝܢܫ ܝܢܢܝ ܘܝܡܒܪܝ ܕܩܡܘ ܠܡܘܫܐ ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܠܝܢ ܩܡܝܢ ܠܫܪܪܐ ܒܪܥܝ ܕܐܢܫܐ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܒܝܫ ܒܪܥܝܢܗܘܢ ܘܒܗܝܡܢܘܬ

cisti, et *in quibus* confirmatus es, sciens a quo didiceris: Et quia a 15
pueritia scripturas sacras nosti, quæ possunt sapientem reddere te ad
salutem, per fidem quæ in Christo Jesu. Omnis scriptura inspirata 16
a Deo, et utilis ⸗est↙ ad doctrinam, ad redargutionem, ad correc-
tionem, ad eruditionem quæ in justitia: Ut perfectus sit homo Dei, 17
ad omne opus bonum instructus.

CAP. IV. Testificor igitur coram Deo, ⁜ et Domino↙ Jesu Christo, qui 1
judicaturus est vivos et mortuos in apparitione ipsius et regno ejus:
Prædica verbum, persta tempestive et intempestive: argue, repre- 2
hende, exhortare, in omni longanimitate et doctrina. Erit enim 3
tempus, quum doctrinæ sanæ non assentientur: sed secundum con-

1 ⸢ⲟⲩⲁⲗⲗⲁ⸣ In margine MSti ⲁⲗⲗⲁ

cupiſcentias ſuas, ſibi ipſis coacervabunt doctores, prurientes auditu:
4 Et a veritate quidem auditum avertent, ad autem fabulas conver-
5 tentur. Tu autem vigila mente in omnibus, patere mala, opus fac
Evangeliſtæ, miniſterium tuum impletum reddito.
6 Ego enim jam immolor, et tempus meum quo diſſolvar, advenit.
7 Certamen bonum certavi, curſum abſolvi, fidem ſervavi. Deinceps,
8 repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo
die, judex juſtus: non ſolum autem mihi, ſed et omnibus qui dilex-
9 erint apparitionem ejus. Feſtina venire ad me cito. Demas enim
10 deſeruit me, diligens ſeculum quod nunc, et profectus eſt in Theſſa-
11 lonicam, Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam: Lucas eſt

mecum solus. Marcum assumens, adduc eum tecum: est enim
mihi perutilis ad ministerium. Tychicum autem misi in Ephesum. 12
† Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, quum veneris affer 13
eam ✓, et libros, maxime membranas. Alexander faber ærarius 14
mala multa mihi ostendit: reddet ei Dominus secundum opera ejus.
A quo et tu cave: valde enim restitit verbis nostris. In defensione 15
mea prima nemo mihi adfuit, sed omnes deseruerunt me: (non 16
imputetur illis.) Dominus autem astitit mihi, et corroboravit me, 17
ut per me prædicatio plene percipiatur, et audiant omnes gentes: et

1 ]ܟܦܦܐ  In margine MSti  τον φελωνην—.ܠܘܩܐ ܠܗ ܕܝܬ
2 ]ܡܛܠܠܐ  μεμβρανας—ܡܛܠܠܐ
ܟܬܒ̈ܐ ܘܠܐ

† Penulam]  *Vid. Not.*

18 ereptus ſum de ore leonis. Et eripiet me Dominus ab omni opere malo, et ſervabit in regnum ſuum cœleſte: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

19 Saluta Priſcillam et Aquilam, et domum Oneſiphori. Eraſtus
20 manſit Corinthi: Trophimum autem reliqui Mileti infirmum. Feſ-
21 tina ante hyemem venire. Salutat te Eubulus, et Pudis, et Linus,
22 et Claudia, et fratres omnes. Dominus Jeſus Chriſtus cum Spiritu tuo: gratia vobiſcum. Amen.

*Finita eſt Epiſtola ſecunda ad Timotheum, qui fuit Epiſcopus primus Eccleſiæ Epheſi: quæ ſcripta eſt a Roma, quum ſecunda vice ſtetit Paulus coram Nerone, Cæſare Romano.*

# EPISTOLA PAULI

## AD TITUM.

1 PAULUS ſervus Dei, Apoſtolus autem Chriſti Jeſu, juxta fidem CAP. I.
2 electorum Dei, et agnitionem veritatis quæ in pietate; In ſpem
vitæ æternæ, quam promiſit non mentitus Deus, ante tempora ſecu-
3 laria: Manifeſtavit autem temporibus ſuis verbum ſuum, in prædi-
catione, quæ concredita fuit mihi, ſecundum præceptum Servatoris
4 noſtri Dei: Tito filio germano in fide communi, gratia, miſericordia,
et pax a Deo Patre, et Domino Jeſu Chriſto Servatore noſtro.
5 Propter hoc reliqui te in Creta, ut quæ deſunt corrigas, et conſti-

tuas in omni civitate preſbyteros, ſicut ego tibi præcepi: Si quis eſt 6
irreprehenſibilis, vir unius uxoris qui habet liberos fideles, non in accu-
ſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim Epiſcopum ſine 7
culpâ eſſe, ſicut diſpenſatorem Dei, non arrogantem, non iracundum,
non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, Sed 8
hoſpitalem, amantem bonorum, ſobrium, juſtum, ſanctum, conti-
nentem, Curam habentem ſermonis fidelis qui in doctrina: ut poſſit 9
et exhortari in doctrina ſana, et contradicentes arguere.

Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, et ſeductores mentium, 10
maxime ii qui ex circumciſione: Quorum oportet obturare os: qui 11
domus univerſas ſubvertunt, docentes quæ non oportet, propter

1 [عذسا] In margine MSti αυθαδη—ب:|ZO|
2 [عبحدا] πληκτην—حكعهم

12 turpe lucrum. Dixit quidam ex ipſis, propheta proprius ipſorum ;
13 Cretenſes ſemper mendaces, beſtiæ malæ, ventres otioſi. Teſtimo-
nium hoc verum eſt : ob hanc cauſam increpa eos ſevere, ut ſani
14 ſint in fide : Non attendentes fabulis Judaicis, et præceptis homi-
15 num qui avertunt facies ſuas a veritate. Omnia quidem munda
mundis : pollutis autem et infidelibus nihil mundum, ſed polluta
16 ſunt et mens eorum et conſcientia. Deum profitentur quod cog-
noſcant, factis autem negant ⸗eum⸗, quum abominati ſint, et
inobedientes, et ad omne opus bonum reprobi :

1 2 Tu autem loquere quæ decent doctrinam ſanam : [*Ut*] feniores CAP. II.

κακα θηρια

επιμενιδου

1 [illegible] In margine MSti [illegible]

και καλλιμαχου

vigilantes mente ſint, graves, caſti, ſani in fide, in charitate, in tole-
rantia. Anus ſimiliter in habitu decente ſacerdotium, non calum- 3
niatrices, non ſervientes vino multo, docentes bona: Ut redarguant 4
adoleſcentulas, ut amantes virorum ſuorum ſint, amantes filiorum,
Caſtæ, ſanctæ, curam habentes familiarum, bonæ, ſubjectæ viris ſuis, 5
ut non ſermo Dei, et doctrina, blaſphemetur. Adoleſcentulos ſimi- 6
liter hortare, ut ſint caſti: In omnibus teipſum præbens exemplar 7
operum bonorum, in doctrina ad incorruptibilitatem, ad puritatem,
ad caſtitatem, ad gravitatem, Ad ſermonem ſanum irreprehenſibi- 8
lem: ut is qui eſt ex adverſo erubeſcat, non habens ut dicat de no-
bis aliquid mali. Servi dominis ſuis ſubjiciant ſeſe: in omnibus 9

placentes ſint: non contradicentes, non furantes: Sed omnem fidem
bonam oſtendentes, ut doctrinam Servatoris noſtri Dei ornent in
11 omnibus. Apparuit enim gratia Dei ſervatrix omnibus hominibus,
12 Erudiens nos, ut abnegantes impietatem et cupiditates mundanas,
13 ſobrie, et juſte, et pie vivamus in ſeculo quod nunc: Expectantes
ſpem beatam, apparitionem gloriæ Dei magni, et Servatoris noſtri
14 Jeſu Chriſti: Qui dedit ſeipſum pro nobis, ut redimeret nos ab
omni iniquitate, et purificaret ſibi ipſi populum peculiarem, zelato-
15 rem operum bonorum. Hæc loquere et exhortare, et argue cum
omni imperio: nemo deſpiciat te.

1 [ⲙⲁⲣⲉⲧⲥⲟⲩⲱⲛⲓ ⲙⲙⲟⲥ] In margine MSti ⲙⲁⲣⲉⲧⲥⲟⲩⲱⲛⲓ ⲙⲙⲟⲥ

CAP. III. Commonefacito eos ut principatibus et poteſtatibus ſubjiciant 1
ſeſe, *ut* obtemperent, ut ad omne opus bonum parati ſint: *Ut* nemi- 2
nem contumeliis afficiant, *ut* non contentioſi ſint, manſueti, om-
nem lenitatem oſtendentes erga omnes homines. Eramus enim 3
quondam et nos amentes, inobedientes, errantes, ſervientes cupidita-
tibus et voluptatibus variis, in malitia et invidia degentes, odibiles,
alii alios odio proſequentes. Quum autem benignitas, et humanitas, 4
apparuit Servatoris noſtri Dei, Non ex operibus quæ in juſtitia, 5
quæ nos fecimus, ſed ſecundum miſericordiam ſuam, ſervavit nos,
per lavacrum regenerationis, et ̄per ↙ renovationem Spiritus Sancti:
Quem effudit ſuper nos copioſe, per Jeſum Chriſtum Servatorem 6

7 noſtrum: Ut juſtificati gratia illius, hæredes ſimus ſecundum ſpem
8 vitæ æternæ. Fidelis ⁼ eſt ↙ ſermo: et de his volo te confirmare
eos: ut curent operibus bonis præeſſe qui crediderunt Deo. Hæc
9 ſunt bona et utilia hominibus. A quæſtionibus autem ſtultis, et
genealogiis, et contentionibus, et pugnis legalibus te ſubducito: ſunt
10 enim vanæ et inutiles. Ab homine hæretico poſt unam admonitio-
11 nem et alteram te ſubducito: Sciens quia perverſus eſt hujuſmodi,
et peccat, cum ſit condemnatus a ſeipſo.
12 Quum miſero Artemam ad te, aut Tychicum, feſtina venire ad
13 me Nicopolin: ibi enim decrevi hyemare. Zenam legiſperitum, et
14 Apollo ſolicite præmitte, ut nihil iis deſit. Diſcant autem et ii qui

* νομικας

* ζηναν τον νομικον και απολλω

* αρτεμαν

ܐܡܝܢ ܥܡ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܡܢ ܐܢܘܢ ܕܪܚܡܝܢ ܠܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܫܠܡ ܠܟ ܝܗܒ ܢܫܡܗ ܕܐܠܗܐ ܥܠ

# EPISTOLA [PAULI]

## AD PHILEMONEM, ET APPHIAM, ET ARCHIPPUM.

1 PAULUS vinctus Jefu Chriſti, et Timotheus frater, Philemoni
2 dilecto, et adjutori noſtro: Et Apphiæ ~~ſ~~ fori ſ dilectæ, et Ar-
3 chippo commilitoni noſtro, et Eccleſiæ quæ *eſt* domi tuæ: Gratia
vobis, et pax a Deo Patre noſtro, et Domino Jeſu Chriſto.
4 Gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciens in precibus
5 meis: Audiens charitatem tuam, et fidem, quam habes erga Do-
6 minum Jeſum, et in omnes ſanctos: Ut communicatio fidei tuæ

1 ⟨ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ⟩] In margine MSti ⲁⲣⲭⲓⲙⲁⲧⲟⲥ—ⲗⲁⲟⲥ ⲥⲟⲩ;

ⲡⲓⲏⲗ ⲉⲧⲁ ⲥⲁⲗⲁⲕⲟ ⲟⲩⲟⲙⲁ ⲟⲩⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ

ⲫⲓⲗⲁⲓⲙⲱⲛⲓ ⲙⲛ̀ⲧⲣⲟ ⲉⲛⲁⲓ ⲉⲧⲥⲁⲛⲟⲩ. ⲟⲩⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛⲓⲁ ⲙⲛ̀ ⲛⲓ. 1
ⲥⲁⲗⲁⲕⲟ ⲙⲛ̀ ⲡⲥⲏⲓ ⲟⲩⲁⲅⲁⲡⲏⲧⲏ ⲉⲛⲁⲓ. ⲟⲩⲁⲡⲫⲓⲁ ⲙⲛ̀ 2
ⲧⲣⲟ ⲛⲓⲁⲇⲉⲗⲫⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲁⲣⲭⲓⲡⲡⲟⲥ ⲡⲉⲛⲥⲩⲛⲁⲅⲱⲛⲓⲥⲧⲏⲥ ⲙⲛ̀
ⲡⲉⲛⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲉⲧⲣⲉ ⲡⲓⲏⲗ ⲉⲧⲙⲛ̀ⲛⲁⲓ: ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲣⲉⲛⲁⲓ ⲉⲣⲟⲕ ⲉⲡⲓ 3
ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲕⲥⲱⲙⲁ: ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲙⲉⲩⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲉⲓ ⲛⲧⲙⲛ̀ⲧⲣⲟ
ⲉⲡⲓⲛⲟⲩ ⲛⲧⲉ ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧⲣⲉⲓ ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉⲕⲙⲉⲩⲉ ⲉⲡⲓⲛⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲧⲉ 4
ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲧⲣⲉⲓ ⲡⲓⲏⲗ ⲛⲧⲉ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ: ⲉⲓⲣⲉ ⲙⲁⲣⲉⲓⲁ ⲛⲧⲙ
ⲡⲉⲕⲙⲉⲩⲉ ⲉⲡⲓⲛⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲧⲉ ⲡⲉⲕⲁⲅⲁⲡⲏ ⲉⲧⲣⲉⲓ ⲙⲛ̀ⲧⲣⲟ ⲙⲛ̀ 5
ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲣⲉⲛⲁⲓ ⲉⲣⲟⲕ ⲉⲡⲓ ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲕⲥⲱⲙⲁ: ⲉⲓⲣⲉ ⲛⲉⲕⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ
ⲛⲧⲉ ⲡⲉⲕⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲉⲧⲣⲉ ⲡⲓⲏⲗ ⲛⲧⲙⲛ̀ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ: ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲓⲙⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ 6

efficax fiat in agnitione omnis boni, quod eſt †in vobis per Chriſtum
Jeſum. Gaudium enim multum habemus, et conſolationem ſuper 7
charitate tua, quia viſcera ſanctorum requieverunt per te, frater
noſter.

Propter hoc fiduciam multam in Chriſto habens præcipiendi tibi 8
quod convenit, Propter charitatem magis obſecro, quum ſim talis, 9
ut Paulus ſenex, nunc autem et vinctus Jeſu Chriſti : Obſecro te pro 10
filio meo, quem ego genui in vinculis meis, Oneſimo : Qui quon- 11
dam tibi inutilis erat, nunc autem tibi et mihi perutilis ; Quem 12
iterum miſi : tu autem eum, (id eſt autem, viſcera mea) excipe :
Quem ego volebam apud me detinere, ut pro te miniſtraret mihi in 13

1 حصع] In margine MSti ح
2 معمعا] معمعا هحا
† In vobis] Lectio Marg. In nobis

14 vinculis Evangelii: Abſque autem voluntate tua, nihil volui facere,
uti non velut ſecundum neceſſitatem bonum tuum eſſet, ſed velut
15 ſecundum voluntatem. Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam, ut
16 in perpetuum retineas eum: Non jam ut ſervum, ſed amplius quam
ſervum, fratrem dilectum, maxime mihi, quanto autem magis tibi,
17 et in carne, et in Domino? Si igitur ſim tibi ſocius, excipe eum
18 ſicut me. Si autem injuria affecit, aut debet, hoc mihi imputa.
19 Ego Paulus ſcripſi manu mea: ego rependam: ut non dicam tibi,
20 quod et teipſum mihi debes. Ita, frater mi, ego lucrifaciam a te
21 in Domino: refocilla viſcera mea in Chriſto. Confidens in obedi-
entia tua ſcripſi tibi, ſciens quia et plus quam quæ dico, facies.

ܐ ܗ̇ ܕ̈ ܐ̈ ܗ̇ ܕ̈ ܐ̈ ܗ̇ ܕ̈ ܐ̈

# EPISTOLA PAULI

## AD HEBRÆOS.

1 MULTIFARIAM et multis modis, olim loquutus Deus patri- CAP. I.
2 bus in prophetis; His diebus ultimis loquutus eſt nobis in Filio,
3 quem conſtituit hæredem omnium, per quem et ſecula fecit: Qui
eſt ſplendor gloriæ, et imago ſubſtantiæ ejus, adducens autem omnia
verbo virtutis ſuæ, quum per ſeipſum purgationem feciſſet peccato-
rum noſtrorum, ſedit in dextera majeſtatis in excelſis:
4 Tanto altior effectus angelis, quanto excellentiùs præ illis nomen

1 [ܐܠܗܐ] In margine MSti ܐܠܗܐ ܕܒܟܠܗܝܢ ܕܒܟܠܗܝܢ ܕܒܟܠ

hæreditavit. Cui enim dixit unquam ex angelis: Filius meus es 5
tu, ego hodie genui te? et rurſum; Ego ero ei in Patrem, et ipſe
erit mihi in Filium? Quum autem rurſus inducit primogenitum in 6
habitatam, dicit; Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad qui- 7
dem angelos dicit; Faciens angelos ſuos ſpiritus, et miniſtros ſuos,
flammam ignis. Ad autem Filium; Thronus tuus, Deus, in ſecu- 8
lum ſeculi: ſceptrum rectitudinis, ſceptrum regni tui. Dilexiſti 9
juſtitiam, et odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus,
oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Et; Tu a principio, Domine, 10
terram fundaſti, et opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, 11
tu autem permanes: et omnes ut veſtimentum veteraſcent: Et velut 12

operimentum circumvolves eos, et mutabuntur : tu autem idem es,
13 et anni tui non deficient. Ad quem autem ex angelis dixit unquam;
Sede a dextera mea, donec poſuero inimicos tuos ſcabellum ſub pe-
14 dibus tuis? Nonne omnes ſunt ſpiritus miniſtrantes, in miniſterium
miſſi propter futuros hæreditare ſalutem?

1 Propterea oportet nos abundantius attendere ad ea quæ audita CAP. II.
2 ſunt, ne forte pereffluamus. Si enim ſermo, qui per angelos dictus
eſt, factus fuit firmus, et omnis tranſgreſſio, et inobedientia accepit
3 retributionem mercedis juſtam : Quomodo nos effugiemus, negli-
gentes tantam ſalutem? quæ initium accipiens enarrari a Domino,
4 ab iis qui audierunt in nos confirmata eſt : Teſtimonium præbente

1 ܒܝܘܡ] In margine MSti ܒܝܘܡ ܕ. ܠܡܚܕ—παραρυωμεν

cum illis Deo ſignis et prodigiis, et virtutibus variis, et diſtributionibus Spiritus Sancti, ſecundum voluntatem ſuam. Non enim angelis ſubjecit habitatam futuram, de qua loquimur. Teſtatus eſt autem in *quodam* loco quidam, dicens; Quid eſt homo, quod memor es ejus: aut filius hominis, quod viſitas eum? Minuiſti eum paululum præ angelis: gloria et honore coronaſti eum ⁜ et conſtituiſti eum ſuper omnia opera manuum tuarum ↙. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. In eo enim quod ſubjecit ∓ ei ↙ omnia, nihil omiſit non ſubjectum ei: nunc autem nondum videmus omnia ſubjecta ei: Illum autem, qui paululum præ angelis minoratus eſt, videmus Jeſum, propter paſſionem mortis, gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. Decebat enim eum ∓ ut

illum ↙ propter quem omnia, et per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, principem ſalutis eorum per paſſiones conſum-
11 mare. Qui enim ſanctificans, et ſanctificati, ex uno ∓ ſunt ↙ om-
12 nes. Propter quam cauſam non erubeſcit eos fratres vocare, Dicens; Annunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio Eccleſiæ lau-
13 dabo te. Et rurſus, † Ego ero confidens in eo. Et rurſus; Ecce
14 ego et filii, quos dedit mihi Deus. Quoniam igitur filii participes facti ſunt ſanguinis et carnis, et ipſe ſimiliter particeps factus eſt eorundem, ut per mortem aboleret eum qui robur habebat mortis,
15 hoc eſt autem, diabolum; Et liberaret eos, qui metu mortis toto

1 حصمه حكمه لحمه] In margine MSti انا انما له حكه حصه انما
حكه حصا
2 [مني] صحرا
† Ego ero confidens in eo] Lectio Marg. Ego ero illi in patrem, et ille erit mihi in filium

tempore viventes obnoxii erant ſervituti. Non enim ex ange- 16
lis aſſumit, ſed ex ſemine Abrahami aſſumit. Unde debebat in 17
omni re fratribus ſuis ſimilari, ut miſericors fieret, et fidelis pontifex
in iis quæ ad Deum, ad expiandum peccata populi. In quo enim 18
paſſus eſt ipſe tentatus, poteſt tentatis auxiliari.

CAP. III. Unde, fratres ſancti, participes vocationis cœleſtis, conſiderate Apo- 1
ſtolum et Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum Chriſtum: Qui fidelis 2
fuit ei qui fecit eum: ſicut et Moſes in tota domo ejus. Gloria 3
enim ampliore præ Moſe hic dignus habitus eſt, quanto ampliorem
honorem habet is qui conſtruxit, quam domus. Omnis domus enim 4
a quopiam conſtruitur: qui autem omnia conſtruxit, Deus ⸗ eſt ✓.

1 ܢܫܬ] In margine MSti επιλαμβανεται-ܐܝܬܝ ܠܗ ܐܚܕ ܢܫܬ .

5 Et Moſes quidem fidelis in tota domo ipſius, tanquam famulus, in
6 teſtimonium eorum quæ ÷ futura ↙ erant dici: Chriſtus autem,
tanquam Filius in domo ſua: cujus domus ſumus nos, ſi fiduciam
et gloriationem ſpei uſque ad finem firmam retineamus.
7 Quapropter, ſicut dicit Spiritus Sanctus; Hodie ſi vocem ejus
8 audieritis, Ne obdurate corda veſtra, ſicut in exacerbatione, ſecun-
9 dum diem tentationis in deſerto; Ubi tentaverunt me patres veſtri,
10 probaverunt me, et viderunt opera mea quadraginta annis. Prop-
terea infenſus fui generationi iſti, et dixi; Semper errant corde:
11 ipſi autem non cognoverunt vias [*meas*]. Sicut juravi in ira mea; Si
12 introibunt in requiem meam. Videte, fratres mei, ne forte ſit in ali-
13 quo ex vobis cor malum incredulitatis, diſcedendi a Deo vivo: Sed

consolamini vos ipsos quotidie, usque quo hodie vocatur, ut non ob-
duretur ex vobis quis deceptione peccati. Participes enim facti su- 14
mus Christi, si initium substantiæ usque ad finem firmum retinea-
mus. In quo dicitur; Hodie, si vocem ejus audieritis, ne obdurate 15
corda vestra, sicut in exacerbatione. Quidam enim, audientes exa- 16
cerbaverunt; sed [*non*] omnes qui egressi sunt ex Ægypto per Mo-
sen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne iis qui 17
peccaverunt, quorum cadavera ceciderunt in deserto? Quibus autem 18
juravit quod non essent ingressuri in requiem ipsius, nisi iis qui non
obedierunt? Et videmus, quia non potuerunt ingredi propter incre- 19
CAP. IV. dulitatem. Timeamus igitur ne forte relicta promissione introeundi 1

1 [illegible] In margine MSti ⟨illegible⟩
της υποστασεως

2 ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܒܬܪ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܒܬܪ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܒܬܪ

dictum eſt; Hodie ſi vocem ejus audieritis, ne obdurate corda veſtra.
Si enim Jeſus requiem præſtitiſſet iis, non de alio die poſtea loque- 8
retur. Itaque reliquus eſt ſabbatiſmus populo Dei. Qui enim in- 9
greſſus eſt in requiem ejus, etiam ipſe requievit ab omnibus operibus 10
ſuis, ſicut et a ſuis Deus. Studeamus igitur ingredi in illam requi- 11
em ⁜ qui credidimus ✓, ut ne in idem exemplum quis incidat † in-
credulitatis. Vivus eſt enim ſermo Dei, et efficax, et ſecantior 12
quam omnis gladius anceps, et pertingens uſque ad diviſionem ani-
mæ et ſpiritus, et compagum et medullarum, et oſſium, et judex
eſt cogitationum et voluntatum cordis. Et non eſt creatura inviſi- 13

1 ]ـــــــ

bilis coram ⸗ eo ↙: omnia autem nuda et manifeſta oculis ejus, ad quem nobis eſt ſermo.

14 Habentes igitur Pontificem magnum [*qui penetravit*] cœlos, Je-
15 ſum Filium Dei, retineamus profeſſionem. Non enim habemus Pontificem, non potentem compati infirmitatibus noſtris; tenta-
16 tum autem in omnibus juxta ſimilitudinem, abſque peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ ⁜ ejus ↙, ut conſequamur miſericordiam, et gratiam inveniamus in auxilium opportunum.

CAP. V.

1 Omnis enim Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ad Deum, ut offerat et oblationes
2 et victimas pro peccatis: Potens pati manſueto *ſpiritu* cum iis qui ignorant et errant, quoniam et ipſe circumdatus eſt infirmitate:

† Et propterea debet, ſicuti pro populo, ita etiam pro ſeipſo offerre 3
pro peccatis. Et non ſibi ipſi quiſquam ſumit honorem, ſed vocatus 4
a Deo, tanquam et Aaron. Ita et Chriſtus non ſeipſum glorifica- 5
vit, ut eſſet Pontifex, ſed is qui loquutus eſt ad eum ; Filius meus
es tu, ego hodie genui te. Sicut et in alio *loco* dicit ; Tu es ſacer- 6
dos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedeci. Qui in diebus 7
carnis ſuæ, et preces et ſupplicationes ad eum qui poterat ſervare
eum a morte, cum clamore valido, et lachrymis offerens, et exaudi-
tus eſt pro reverentia. Et quamvis eſſet Filius, didicit ex iis quæ 8
paſſus eſt, obedientiam : Et conſummatus, factus eſt omnibus obedi- 9

1 ⟨syriac⟩] In margine MSti ⟨syriac⟩
† Et propterea i. q. χ̣ διὰ αὐτὴν] Lectio Marg. i. q. χ̣ διὰ ταύτην

10 entibus ſibi cauſa ſalutis æternæ: Cognominatus a Deo Pontifex
* æternus ✓ ſecundum ordinem Melchiſedeci.
11 De quo multus eſt nobis ſermo, et difficilis interpretatu dicere,
12 quoniam ſegnes facti eſtis auribus. Etenim quum deberetis eſſe
doctores propter tempus, rurſum opus habetis † ut diſcatis quæ ſint
elementa initii ſermonum Dei: et facti eſtis opus habentes lacte, et
13 non cibo ſolido. Omnis enim qui particeps lactis, expers eſt ſermo-
14 nis juſtitiæ: infans enim eſt. Perfectorum autem eſt cibus ſolidus,
eorum qui propter habitum ſenſus exercitatos habent ad diſcretio-
1 nem et boni et mali. Propterea omittentes ſermonem initii Chriſti, CAP. VI.

1 ]ﻟﻜﺤﻤﻲ ﺑﻜﺤﻤﻲ ﻟﻜﺤﻤﻲ In margine MSti ﻟﻜﺤﻤﻲ ﺑﻜﺤﻤﻲ (ﻟﻜﺤﻤﻲ)
2 ]ﺍﻟﻤﺒﺪﺍﺀ ﺍﻟﻤﺒﺪﺍﺀ ﺍﻟﻤﺒﺪﺍﺀ — στοιχεια
† ut diſcatis i. q. διδάσκειν ὑμᾶς] Lectio Marg. i. q. διδάσκεσθαι ὑμᾶς

ad perfectionem venimus: non rurſus fundamentum jacientes reſi-
piſcentiæ ab operibus mortuis, et fidei quæ in Deum; Et doctrinæ 2
baptiſmatum, et impoſitionis manuum, et reſurrectionis mortuorum,
et judicii æterni. Et hoc faciemus, ſi quidem permiſerit Deus. 3
Impoſſibile ⸗ eſt ↙ enim eos, qui ſemel baptizati fuerint, et guſtave- 4
rint donum cœleſte, et participes facti ſint Spiritus Sancti; Et guſ- 5
taverint bonum verbum Dei, et virtutes ſeculi futuri; Et cecide- 6
rint; rurſum renovari ad reſipiſcentiam, † denuo crucifigentes ſibi
ipſis Filium Dei, et ignominiæ exponentes. Terra enim quæ bibit 7
pluviam venientem ſuper ſe vicibus multis, et generans herbam
convenientem iis propter quos et colitur, accipit benedictiones a

1 ... ] In margine MSti (...)
2 ... ] ευϑετον — ...?
† denuo crucifigentes ſibi ipſis Filium–] Lectio Marg. Abnegantes Filium–

8 Deo. Proferens autem ſpinas et carduos, reproba eſt, et proxima
9 maledictioni: cujus finis ad combuſtionem. Confidimus autem de
vobis, fratres, præſtantiora, et propinqua ſaluti, etiamſi ita loquimur.
10 Non enim injuſtus ⸗ eſt ⸗ Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, et
charitatis quam oſtendiſtis in nomine ejus, qui miniſtraſtis ſanctis,
11 et miniſtratis. Cupimus autem ut unuſquiſque ex vobis idem ſtu-
12 dium oſtendat, ad expletionem ſpei uſque in finem: Ut non ſegnes
ſitis, imitatores autem illorum qui per fidem et longanimitatem hæ-
13 reditant promiſſione[s]. Abrahamo enim promittens Deus, quoniam
non erat aliquid majus ſeipſo, ut juraret per illud, juravit per ſeip-
14 ſum, Dicens; Certe benedicens benedicam tibi, et multiplicans mul-
15 tiplicabo te. Et ſic longanimiter ferens, conſequutus eſt promiſſio-

nem. Homines enim per majorem ſeipſis jurant: et omnis contro- 16
verſiæ iis terminus ad confirmationem juramentum ⸗eſt⸗: In quo 17
abundantius volens Deus oſtendere hæredibus promiſſionis immuta-
bilitatem voluntatis ſuæ, intervenit juramento: Ut per duas res im- 18
mutabiles, (in quibus impoſſibile eſt ut mentiretur Deus,) conſola-
tionem validam habeamus, qui confugimus ut obtineamus ſpem
hanc propoſitam: Quam habemus ſicut anchoram animæ et tutam 19
et firmam, et ingredientem ad interius velaminis: Ubi præcurſor 20
pro nobis ingreſſus eſt Jeſus, ſecundum ordinem Melchiſedeci Pon-
tifex factus in æternum.

CAP. VII. Hic enim Melchiſedecus rex Salem, ſacerdos Dei altiſſimi, qui ob- 1

1 [illegible] In margine MSti προδρομος — [illegible]

viam factus eſt Abrahamo, quum reverteretur a cæde regum, et be-
2 nedixit ei: (Cui et decimas diviſit ex omnibus Abrahamus ⁜ Patriar-
cha ↙:) primum quidem interpretatus, Rex juſtitiæ, deinde autem
3 et Rex Salem, quod eſt, Rex pacis: † Sine patre, ſine matre, non
memoratus in generationibus, neque initium dierum, neque finem vitæ
habens: aſſimilatus autem Filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.
4 Videte autem quantus *fuerit* hic, cui et decimas dedit Abrahamus
5 Patriarcha ex primitiis. Et illi quidem qui de filiis Levi, ſacerdo-
tium accipientes, præceptum habent ut deciment populum ſecun-
dum legem, hoc eſt autem, fratres ſuos, quanquam egreſſi ſint ex

1 [ܡܢ ܩܕܡ] In margine MSti ܡܢ ܩܕܡ ܕܩܘܦܬܐ
απο της κοπης

2 [ܕܠܐ ܥܡܗ] ܕܠܐ ܚܫܒ ܠܗ
αχρονιων

† Sine patre &c.] *Vid. Not.*

lumbo Abrahami. 6 Is autem, qui non memoratus in generationibus
ab iis, decimavit Abrahamum; et habenti promissiones benedixit. 7
Sine autem omni controversia, id quod minus a praestantiore benedi- 8
citur. Et hic quidem decimas homines morientes accipiunt: ibi autem 9
de quo testatum est quod vivat. Et, (ut quis dixerit) per Abraha- 10
mum, et Levi, qui decimas accipiebat, decimatus est. Adhuc enim in 11
lumbo patris erat, quum occurreret ei Melchisedecus. Si quidem
igitur consummatio per sacerdotium Leviticum erat, (populo enim
sub ipso imposita fuit lex:) †quid erat opus ut secundum ordinem
Melchisedeci, alius exsurgeret sacerdos, et non secundum ordinem 12
Aaronis diceretur? Mutato enim sacerdotio, ex necessitate et legis

1 ‌ⲟⲩⲟ ⲛⲟⲩⲁ] ⲗⲁ In margine MSti (ⲟⲩⲟ ⲛⲟⲩⲁ) ⲥⲟⲩ (ⲗⲁ)
† quid erat–] Lectio Marg. (quid) Adhuc (erat–)

13 mutatio fit. Is enim de quo dicta *sunt* hæc, tribûs alterius particeps
14 fuit, de qua nemo acceſſit ad altare. Manifeſtum enim quod ex Juda
exortus ſit Dominus noſter : ⊤ e ↙ tribu, qua nihil de ſacerdotio lo-
15 quutus eſt Moſes. Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum
16 ſimilitudinem Melchiſedeci exoriatur ſacerdos alius : Qui non ſecun-
dum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ
17 indiſſolubilis. (Teſtificatur ⁜ ei ↙ enim, Quoniam tu es ſacerdos in
18 æternum, ſecundum ordinem Melchiſedeci.) Abrogatio quidem
enim fit mandati prioris, propter infirmitatem ipſius et inutilita-
19 tem. Nihil enim perfecit lex : introductio autem ſpei melioris, per
20 quam appropinquamus Deo. Et quatenus ſine jurejurando fiebant,
21 qui facti ſunt ſacerdotes : Hic autem cum jurejurando, per dicen-

tem ad eum; Juravit Dominus, et non pœnitebit eum; Tu es ſa-
cerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedeci. In tantum 22
melioris teſtamenti factus eſt ſponſor Jeſus. Et illi quidem plures 23
ſunt qui facti ſunt Sacerdotes, quia morte prohiberentur permanere.
Hic autem quia manet in æternum, ſacerdotium ſempiternum ha- 24
bet. Unde et ſervare in æternum poteſt accedentes per eum ad 25
Deum: ſemper vivens, ut ſit interpellans pro iis. Talis enim et con- 26
veniebat nobis Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, et ſeparatus a
peccatoribus, et excelſior cœlis factus: Qui non habet quotidie ne- 27
ceſſitatem, (quemadmodum pontifices) prius pro peccatis ſuis victi-
mas offerre, et deinde pro iis populi: hoc enim fecit ſemel, quum

1 In margine MSti

28 ſeipſum obtulit. Lex enim homines [*conſtituit*] pontifices, qui habent infirmitatem : ſermo autem jurisjurandi quod poſt legem *conceptum fuit*, Filium *conſtituit* in æternum perfectum.

Cap. VIII.

1 Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur ; Talem habemus Pon-
2 tificem, qui ſedit in dextera throni majeſtatis in cœlis ; Miniſter ſanc-
3 torum, et tabernaculi veri, quod fixit Dominus, et non homo. Omnis enim pontifex ad offerendum oblationes et victimas conſtituitur :
4 unde neceſſe ⊤ ut ſit ↙ aliquid et huic quod offerat. Si quidem enim eſſet ſuper terram, nec utique eſſet ſacerdos: quum eſſent ſacerdotes
5 ſecundum legem offerentes oblationes : Qui exemplari et umbræ miniſtrant cœleſtium : ſicut revelatum eſt Moſi, quum futurus eſſet abſolvere tabernaculum ; Vide, (enim dicit) facies omnia ſecundum

exemplar, quod oſtenſum eſt tibi in monte. Nunc autem miniſte- 6
rium excellentius ſortitus eſt, quanto eſt mediator teſtamenti et
præſtantioris, quod in promiſſionibus melioribus conſtitutum eſt
lege. Si enim prius illud eſſet inculpabile, non requireretur locus 7
ſecundi. Vituperans eos enim dicit; Ecce dies veniunt, dicit Do- 8
minus, et conſummabo ſuper domum Iſraelis, et ſuper domum Judæ,
teſtamentum novum: Non ſecundum teſtamentum † quod præcepi 9
patribus ipſorum, in die quo apprehendi manum eorum, educere eos
de terra Ægypti: quoniam ipſi non perſtiterunt in teſtamento meo,
et ego ſprevi eos, dicit Dominus. Quia hoc eſt teſtamentum quod 10
diſponam domui Iſraelis poſt dies illos, dicit Dominus; Dabo leges

1 ܚܨܒ̈ܐ] In margine MSti ܚܨܒ̈ܐ
† quod præcepi i. q. διεθέμην] Lectio Marg. i. q. ἔποίησα

meas in mentem eorum, et ſuper corda eorum ſcribam eas: et ero
11 iis in Deum, et ipſi erunt mihi in populum. Et non docebunt
unuſquiſque †concivem ſuum, et unuſquiſque fratrem ſuum, dicens;
Cognoſce Dominum: quoniam omnes cognoſcent me, a parvo eo-
12 rum uſque ad magnum: Quia propitius ero injuſtitiis eorum, et
peccatorum eorum, et iniquitatum eorum non recordabor amplius.
13 In eo quod dicit Novum, antiquavit priùs: quod autem antiquatur
et ſeneſcit, propinquum eſt corruptioni.

CAP. IX.

1 Habuit quidem igitur et prius juſtificationes culturæ tunc, ſanc-
2 tuarium mundanum. Tabernaculum enim apparatum eſt primum,
in quo erat candelabrum, et menſa, et panes propoſitionis, quæ dicta

11 [لحم صديقه] In margine MSti لحم صديقه
† concivem] Lectio Marg. Proximum

Sancta. Poſt autem velamentum ſecundum, tabernaculum, quod 3
dictum, Sanctum Sanctorum: In quo erat thuribulum aureum, et 4
arca fœderis, quæ circumtecta erat ex omni parte auro, in qua urna
aurea quæ habebat manna, et virga Aaronis quæ germinaverat, et
tabulæ teſtamenti: Supra hanc autem Cherubim gloriæ, obumbran- 5
tes propitiatorium: de quibus non eſt dicendum ſingulatim. Quum 6
autem hæc ita diſpoſita eſſent, in tabernaculum quidem prius ſem-
per introibant ſacerdotes, miniſteria explentes: In ſecundum autem 7
ſemel in anno ſolus ſummus ſacerdos, non abſque ſanguine, quem
offerebat pro ſui ipſius et pro ignorantiis populi: Hoc autem notum 8
faciente Spiritu Sancto, quod non adhuc manifeſtata eſſet via Sanc-

In margine MSti والذنوب والجهالات ه مصحف

[ا] بهحة ز

9 torum, dum adhuc tabernaculum primum haberet ſtatum. Quod
erat parabola temporis illius præſentis, juxta quod oblationes et vic-
timæ offerebantur, non potentes juxta conſcientiam perficere mini-
10 ſtrantem: Solum autem in cibis et potibus, et ablutionibus diverſis,
11 et juſtitiis carnis, uſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus
autem, adveniens Pontifex bonorum † quæ facta ſunt, per tabernacu-
lum majus et perfectius, non manu factum, hoc eſt autem, non hu-
12 jus creationis; Neque per ſanguinem hircorum, et vitulorum, per
autem ſanguinem ſuum ingreſſus eſt ſemel in Sancta, redemptionem
13 æternam inveniens. Si enim ſanguis taurorum et hircorum, et cinis
vitulæ aſperſus in inquinatos, ſanctificabat ad purificationem carnis:

1 ܕܐܬܝ] In margine MSti ܕܐܬܝ

† quæ facta ſunt i. q. γενομένων] Lectio Marg. i. q. μελλόντων

Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum æternum ſeip- 14
ſum obtulit ſine macula Deo, purificabit conſcientiam veſtram ab
operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi? Et propter hoc teſta- 15
menti novi mediator eſt, ut morte intercedente, in redemptionem
earum tranſgreſſionum quæ ſub teſtamento priori, promiſſionem ac-
cipiant illi qui vocati *ſunt*, hæreditatis æternæ. Ubi enim teſtamen- 16
tum, neceſſe ut mors feratur teſtatoris. [*Teſtamentum enim in mortuis* 17
*confirmatum eſt*; *alioquin*] nondum valet, dum vivit teſtator. Unde 18
neque primum abſque ſanguine dedicatum eſt. Quum recitatum 19
eſſet enim omne præceptum ſecundum legem a Moſe toti populo,
accepit ſanguinem vitulorum, cum aqua, et lana coccinea, et hyſ-

1 [ܘܠܐ] In margine MSti. *και υσωπου*—ܘܐܝܣܘܦ

20 ſopo, et ipſum librum, et totum populum aſperſit, dicens; Hic eſt
21 ſanguis teſtamenti quod mandavit ad vos Deus. Etiam tabernacu-
22 lum autem, et omnia vaſa miniſterii, ſanguine ſimiliter aſperſit. Et
penè in ſanguine omnia purificantur ſecundum legem, et abſque
23 effuſione ſanguinis non fit remiſſio. Neceſſe igitur, ut ipſa quidem
exemplaria eorum quæ in cœlis, his purificentur; ipſa autem cœleſtia
24 victimis melioribus quam iſtis. Non enim in Sancta facta manibus
ingreſſus eſt Chriſtus, exemplar[*ia*] verorum, ſed in ipſum cœlum
25 nunc, ut appareat vultui Dei pro nobis: Neque ut vicibus multis offe-
rat ſeipſum, quemadmodum pontifex ingrediebatur in Sancta quolibet
26 anno in ſanguine alieno: (Alioquin oportuiſſet eum temporibus mul-
tis pati a fundatione mundi:) nunc autem ſemel in conſummatione

ſeculorum, ad abolitionem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit. Et 27
quemadmodum conſtitutum eſt hominibus ſemel mori, poſt autem
hoc, judicium: Ita et Chriſtus ſemel oblatus, ut tolleret peccata 28
multorum, ex ſecundo abſque peccato apparebit expectantibus ſe ad
CAP. X. ſalutem per fidem. Quum umbram enim habeat lex bonorum fu- 1
turorum, et non ipſam imaginem rerum, quolibet anno iiſdem vic-
timis offerunt indeſinenter, quæ nunquam poſſunt accedentes perfi-
cere. Alioquin ceſſaſſent offerri, ideo quod nullam haberent am- 2
plius conſcientiam peccatorum miniſtrantes ſemel purificati: Sed in 3
iſtis commemoratio peccatorum quolibet anno. Impoſſibile eſt enim 4
ut ſanguis taurorum et hircorum auferat peccata. Quapropter in- 5
grediens in mundum, dicit; Victimam et oblationem non petiiſti,

6 † corpus autem aptaſti mihi. Holocautomata et pro ‡ [*peccato*] non
7 voluiſti. Tunc dixi; Ecce venio, (in capite libri ſcriptum eſt de
8 me,) ad faciendum voluntatem tuam, Deus. Superius dicens; Quia
victimam, et oblationem, et holocautomata, et pro peccatis non petiiſti
9 neque voluiſti, (quæ ſecundum legem offeruntur:) Tunc dixit; Ecce
venio ad faciendum voluntatem tuam ⁜ Deus ↙. Aufert prius, ut
10 ſecundum ſtabiliat. In qua voluntate ſanctificati ſumus, per obla-
11 tionem corporis Jeſu Chriſti ſemel. Et omnis quidem ⁜ ſummus ↙
ſacerdos ſtat quotidie miniſtrans, et eaſdem victimas temporibus
12 multis offerens, quæ nunquam poſſunt auferre peccata: Hic autem

1 [ضحيتا] In margine MSti [ابتا]
2 [حنبعا] εν κεφαλιδι — [ايحجاكحبب]
† Corpus] Lectio Marg. Aures
‡ [*peccato*] *Vid. Not.*

unam victimam pro peccatis offerens, in sempiternum sedit in dex-
tera Dei : Deinceps expectans donec ponantur inimici ipsius scabel- 13
lum sub pedibus ejus. Una enim oblatione consummavit in sempi- 14
ternum sanctificatos. Testificatur nobis autem et Spiritus Sanctus. 15
Postquam enim dixit ; Hoc est testamentum quod paciscar ad eos, 16
post dies illos, dicit Dominus ; Dabo leges meas in cordibus eorum,
et in mentibus eorum scribam eas : † Tunc dixit ; Et peccatorum 17
eorum, et iniquitatum eorum non recordabor amplius. Ubi autem 18
remissio horum, non amplius oblatio pro peccatis.

Quum habeamus [*igitur*] fiduciam, fratres mei, in introitu San- 19
ctorum in sanguine Jesu, Quam initiavit nobis viam novam et vivam 20

1 إجْ إحصَ] In margine MSti إجْ لمسإ

† Tunc dixit i. q. τότε εἴρηκε] Lectio Marg. i. q. ὕστερον λέγει

21 per velamen, hoc eſt autem, carnem ſuam; Et ſacerdotem magnum
22 ſuper domum Dei: Accedamus cum corde vero, in plenitudine
fidei, aſperſi corda a conſcientia mala, et abluti corpus aqua munda:
23 Teneamus confeſſionem ſpei indeclinabilem: (fidelis eſt enim is qui
24 promiſit,) Et conſideremus alii alios in provocationem charitatis, et
25 operum bonorum: Non deſerentes aggregationem noſtri *mutuam*,
ſicut mos quibuſdam, ſed adhortantes: et tanto magis quanto vide-
ritis diem appropinquantem.

26 Quum ultro enim peccamus, poſtquam acceperimus cognitionem
27 veritatis, non amplius pro peccatis relinquitur victima: Formida-
bilis autem quædam expectatio judicii, et æmulatio ignis, futuri de-
28 vorare adverſarios. Irritam faciens quis legem Moſis, abſque miſe-

rationibus ⁜ et lachrymis ✓ in duobus aut tribus teſtibus moritur:
Quanto, putatis, ſupplicio duriore dignus judicabitur is, † qui Filium 29
Dei conculcaverit, et ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit, in
quo ſanctificatus eſt, et Spiritum gratiæ contumelia affecerit? Novi- 30
mus enim eum qui dixit; Mea eſt ultio, ego rependam, dicit Do-
minus: et rurſum; Judicabit Dominus populum ſuum. Horren- 31
dum eſt incidere in manus Dei vivi. Memores eſtote autem die- 32
rum priorum, in quibus baptizati certamen multum ſuſtinuiſtis
afflictionum. Hoc quidem, opprobriis et afflictionibus facti ſpecta- 33
cula: hoc autem, ſocii taliter converſantium effecti. Etenim cum 34
iis qui vincti *erant* paſſi eſtis, et direptionem eorum quæ habu-

1 ⟨illegible⟩] In margine MSti ⟨illegible⟩
† qui Filium] Lectio Marg. Qui Opus.

iſtis cum gaudio ſuſcepiſtis, ſcientes quod habeatis poſſeſſionem in
35 cœlis præſtantiorem et manentem. Ne abjicite igitur fiduciam
36 veſtram, quæ habet retributionem præmii magnam. Patientia enim
habetis opus, ut voluntatem Dei facientes, † accipiatis promiſſionem.
37 Adhuc enim modicum ⸗ eſt tempus ↙ quantulumcunque, *et* veni-
ens veniet, et non tardabit.
38 Juſtus autem ex fide mea vivet: et ſi ſe ſubtraxerit, non delecta-
39 bitur anima mea in eo. Nos autem non ſumus ſubtractionis in
1 perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. Eſt autem fides Cap. XI.
2 ſperatorum ſubſtantia, et argumentum rerum non conſpectarum. In
3 hac enim teſtimonium conſequuti ſunt antiqui. Fide intelligimus

1 ܒ̈ܫ̈ܝ̈ܐ] In margine MSti ܒ̈ܫ̈ܝ̈ ܫ̈ܢ̈ܝ̈ ܐ̈ܚ̈ܪ̈ܢ̈

† accipiatis promiſſionem] *Vid. Not.*

quod conſtructa fuerint ſecula verbo Dei, ut ex non apparentibus viſibilia fierent. Fide Abel hoſtiam excellentiorem quam Cain obtulit Deo, 4
per quam teſtimonium conſequutus eſt, quod eſſet juſtus, teſtimonium
perhibente oblationibus ejus Deo : et per illam mortuus adhuc loqui-
tur. Fide Enoch tranſlatus eſt, ne videret mortem ; et non inveniebatur, eo quod tranſtulit eum Deus : ante enim tranſlationem ejus, 5
teſtimonium habuit, quod bene placuerit Deo. Sine autem fide im- 6
poſſibile eſt bene placere ⁂Deo✓. Credere enim oportet accedentem
ad Deum, quod ſit, et iis qui quærunt eum remunerator futurus ſit.
Fide Noë, quum revelatum eſt ei de iis quæ adhuc non cernebantur, 7
timens, [*aptavit*] arcam in ſalutem domus ſuæ : per quam damnavit
mundum, et juſtitiæ quæ per fidem, factus eſt hæres. Fide, vocatus 8

Abrahamus obedivit, exeundo in locum [*quem futurus*] erat accipere in
9 hæreditatem: et exiit, neſciens quo venturus eſſet. Fide commo-
ratus eſt in terra promiſſionis, tanquam in aliena, in tabernaculis
habitans cum Iſaaco et Jacobo, cohæredibus ejuſdem promiſſionis.
10 Expectabat enim civitatem quæ fundamenta habebat, cujus artifex
11 et conditor Deus ⸗ eſt ⸗. Fide et ipſa Sara, ſterilis exiſtens, virtutem
accepit in conceptionem ſeminis ut pareret filium, et præter tempus
ætatis peperit: quoniam fidelem exiſtimavit illum qui promiſerat.
12 Quapropter et ex uno geniti ſunt, (et *eo quoad* hæc emortuo,) tan-
quam ſidera quæ in cœlo multitudine, et tanquam arena, quæ ad
13 oram maris, innumerabilis. Fide mortui ſunt iſti omnes, non accipi-
entes promiſſiones: ſed e longinquo conſpicati ſunt eas, et ſalutarunt

eas, et confeſſi ſunt, quod hoſpites et advenæ eſſent ſuper terram.
Qui enim talia dicunt, oſtendunt quod patriam ⸗ſuam✓ requirunt. 14
Et ſi quidem illius, ex qua exierant, memores fuiſſent, habebant 15
tempus ad revertendum. Nunc autem meliorem illa expetunt, hoc 16
eſt autem, cœleſtem. Quapropter non pudet eorum Deum, quo
minus Deus eorum vocetur: paravit [*iis*] enim civitatem. Fide 17
⁂Abrahamus✓ obtulit Iſaacum, tentatus: et unigenitum offerebat
ille qui promiſſiones acceperat: (Ad quem dictum eſt; In Iſaaco 18
vocabitur tibi ſemen:) Arbitrans, quia et a mortuis ſuſcitare po- 19
terat Deus: unde in parabolam accepit eum. Fide de futuris bene- 20
dixit Iſaacus Jacobo et Eſavo. Fide Jacobus moriens, unicuique ex 21

1 [لاعطاء] In margine MSti επουρανιου — اهاوا;امة

filiis Joſephi benedixit, et adoravit ſuper ſummitatem baculi ſui.
22 Fide Joſephus obiens, de egreſſione filiorum Iſraelis meminit, et de
23 oſſibus ſuis mandavit. Fide Moſes natus occultatus eſt tres menſes
a parentibus ſuis, quod viderunt pulchrum *eſſe* puerulum, et non
24 metuerunt edictum regis. Fide Moſes grandis factus, renuit dici
25 filius filiæ Pharaonis, Potius eligens malis affligi cum populo Dei,
26 quam temporariam habere oblectationem peccati: Divitias majores
æſtimans theſauris Ægypti, opprobrium Chriſti: aſpiciebat enim
27 in retributionem præmii. Fide reliquit Ægyptum, non metuens
iram regis: inviſibilem enim ut qui videret, ſuſtinuit *****

1 ܘܪܒ ܐ̈ܝ ] In margine MSti μεγας γενομενος — ܓܕܠ ܠܗ ܒܣܝܒܘܬܐ

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAS DIVI PAULI.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD ROMANOS.

## CAP. I.

1. ܗܘܝܬ ܠܝ ⁂ ܕܒܠܒܝ posui ⁂animo meo↙] Vox ⁂ Aſteriſco notata additur, ni fallor, explicandi cauſa. Græce προεθέμεν.

20. ܠܗܘܝܢ ܠܐ ut ſint] In MSto vox ܠܐ repetita eſt, at vitioſe: iteratam delevi. Græce εἰς τὸ εἶναι: de hac vertendi ratione vid. Not. in Act. iii. 12.

23. ܕܡܬܚܙܝܢ] Hic et in Act. xi. 6. vox exaratur cum ܙ: at uſitatior eſt ܕܡܬܚܙܐ, et ܕܚܙܐ

## CAP. II.

1. ܠܐ ⁂ ܓܝ ܕ quo enim ⁂judicio↙] Falſum eſt quod innuit Wetſtenius utramque Verſionem Syriacam habere ܐܢܬ *tu* poſt ܓܝ *enim*, noſtram vero cum Aſteriſco. At nihil habet Cl. Vir de voce ܕܝܢ *judicio* Aſteriſco notata, in qua voce delenda nonnulli Codices Græci conſentiunt.

10. Quo conſilio Textus verbatim in margine exaretur, neſcio, niſi forte ſcriba legere voluerit voces ܡܫܬܘܕܥ et ܡܫܬܘܕܥܢ cum punctis pluralibus, vel in Textu, vel in Margine.

15. ܥܒ̈ܕ̈ ܕܥܒ̈ܕ̈ ; ܥܒ̈ܕ̈ opera legis ſcripta] In MSto deſiderantur puncta pluralia ſuper vocem ܥܒ̈ܕ̈. Impoſui ea, conſtructione ita flagitante.

## CAP. III.

9. ; ܐܢܚ̈ ܐܢ̈ ܕ ✳—✳ præ✓cellimus] ܕ, juxta Polycarpianam vertendi rationem, reſpondet Græco προ: at hic forſan ſcriba illud omiſerat; itaque inſeruit Criticus Aſteriſco notatum. Eadem vertendi ratio in proxime ſequenti verbo uſurpatur.

Ibid. Voces marginales ܐ ܠ ܐ ; ܐ Græcis οὐ πάντως reſpondent: et huic lectioni favent nonnulli Græci codices, cum Syra priori.

## CAP. IV.

6. ✳ beatitudinem] Ad lit. ✳την✓ beatitudinem. Aſteriſcus, puto, apponitur ob inuſitatum ܐ, pro quo frequentius ܐ. Conf. tamen Heb. ix. 19, 24.

11. ; [;] ; figillum juſtitiæ fidei] MS. mendoſe habet ; ; *figillum fidei fidei*, quod neque in Græcis codicibus neque in ullis Verſionibus reperitur. Correxi igitur, ſententia ita flagitante.

19. ✳ [;] non conſideravit [*corpus*] ſuum ✳jam✓] Deeſt vox ; in MSto, manifeſta ſcribæ incuria. Lectio *jam*, non Obelo, quod ait Wetſtenius, ſed Aſteriſco notatur.

21. ] Uſurpatur hic Gr. πληροφορηθεὶς Syriacis ſcriptum. At in Cap. xiv. 5. ſcribitur cum ; ante , .

25. ܐܬܝܗܒ̈ܘܗܝ] Infinitivus eſt τοῦ Ethpaal, cum affixo *nos*. In aſſumptione affixorum additur ܠ. Vid. Gramm. Beveridgii p. 90.

## CAP. VI.

3. ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܢܚ̈ܢ ‡ ܕ ܐܝܬ fratres mei, quod omnes nos ‡qui ↙] Non obſervavit Wetſtenius, codicem noſtrum cum codd. 5. 39. concinere. Hoc loco Aſteriſcus perperam adhiberi videtur pro Obelo.

5. ܐܬܝܠܝ ܒܗ ܡܢ una plantati ſumus] Græce *σύμφυτοι*. Hic ſemel monendum eſt, Polycarpum hac voce ܥܡ, *æqualis fuit*, ſæpe adverbialiter uti, ad exprimendam præpoſitionem Græcam *σὺν* in compoſitione. Vid. Rom. i. 32. ix. 3. xvi. 7. 1 Pet. iii. 7, 8.

9. ܘ ܠܐ ... ‡ et ↙ non] Verbum non habet Wetſtenius de Obelo.

23. ‡ ܦ̈ܘ̈ܢܝܐ] Vox *ὀψώνια* eſt, Syriaco ſermoni accommodata.

## CAP. VIII.

3. ‡ ܕ ܚܛܝܬܐ ܐܬܕܝܢ condemnavit peccatum] Poſt has voces omnes Græci Codices, et Verſiones, habent—*ἐν τῇ σαρκί*. Monet Wetſtenius has voces in MS. noſtro deſiderari. Deſunt, ut opinor, errore ſcribæ, ideoque eas in textu repoſui.

5. [ ‡ ... ] [*ſecundum ſpiritum*] Hæ voces in MSto deſiderantur; at ſupplevi, ſententia flagitante, ex codicum Græcorum auctoritate.

11. ... ܒܟܘܢ habitat in vobis] In MSto verba exarantur inter lineas: et ſequentia vocabula, a ſcriba omiſſa, in margine reperiuntur—‡ ... ܕ ... ܡܢ ... ܗܘ *is qui ſuſcitavit Chriſtum ex mortuis*—Hæc igitur reſtitui in textu, omnibus tam Codicibus Græcis quam Verſionibus annuentibus.

13. ܕܐܝܬ ܠܡܘܬ ܕܐܢ ... futuri eſtis mori] MS. ܠܘ pro ܕܐܢ, at vitioſe. Correxi, fide Verſionis Syræ prioris. ܐܝܬ Obelo notatum redundat et in noſtra et in veteri Verſione.

19. ܣܒܝܪܐ expectatio] De hac voce vid. Not. in Luc. vi. 34. ubi affertur Bar-Bahluli τῶν ܕܣܒܝܪ explicatio. Vox reperitur Luc. xxi. 26. ubi Græce eſt προσδοκίας.

33. ܡܢ ܢܬܒܥ ܠ[ܒܚܝܪ]ܐ ... Quis culpabit [*electos*] Dei?] Deeſt ܒܚܝܪ *electos* in MSto: vocem omnino neceſſariam reſtitui.

## CAP. IX.

21. ܟܣܦܐ figulus] In Matth. xxvii. 7, 10. Græcum reddidit Noſter per ܩܣܝܡܐ. Eſt apud Caſtellum ܣܦܐ *Urceus*, quod loco non congruit; at ܣܦܐ cum ̇ ſuper ܤ non agnoſcit vir doctus.

23. ܠܫܒܚܐ ... ad gloriam *noſtram ✓] Nihil annotavit Wetſtenius de voce Aſteriſco notata, cui notationi nec Codices Græci nec Verſiones favent. Codd. 1. 4. habent αὐτῆ.

## CAP. XI.

12. ܡܬܬܩܨܐ diminutio] Vocabulum hoc, uſurpatum item 1 Cor. vi. 7. pro eadem Græca voce ἥττημα, Schaafius et Caſtellus non exhibent.

24. ܐܢ ... ܐ Si enim tu] Pro ܐ *Si* MStus habet ܐܢ *tu*, ſed vitioſe: nam Græce legitur εἰ. Textum correxi e Verſione Syra priori.

26. ܐܬܐ ... ܕ veniet eſt] In MSto vox ܕ iterata eſt: redundantem delevi.

## CAP. XIII.

4. Totum fere hoc Comma in textu ſcriba omiſit ob homœoteleuton, at in margine exaravit omnia, quæ ita ſe habent. حب حلمحة. ل ب حبعة احجب بسلا. حه ٢٠ هزنصلبه حجب هجلا. مهمعبا ٢٠ لحه ٢حصص *tibi in bonum: Si autem malum feceris, time: non enim fruſtra portat gladium: miniſter enim Dei eſt.* Omnes Græci Codices, et Verſiones, verba hæc agnoſcunt; in textu ergo ea repoſui. De hac ſcribæ incuria ne verbum quidem Wetſtenius.

## CAP. XIV.

10. لسا ٢بحب fratrem tuum] Poſt has voces, in MSto deſunt ſequentia—ٱ٢ ف٢ ٢بة حصا نعاى ٢بة لسا ٢بحب *aut cur et tu deſpicis fratrem tuum?* Abſunt quoque Cod. 2. In contextum ergo veritus ſum ea recipere. Hanc codicis noſtri ſatis inſignem varietatem Wetſtenius, pro feſtinatione ſua, non obſervaverat.

24. Tria hæc commata e Cap. xvi. petita ſunt; et nonnulli tam Græci Codices, quam Verſiones, cum noſtro codice conſentiunt. Vide Wetſtenium in loc. et Ridleii *Diſſertat.*

25. حصا بحسا ſcripturas propheticas] In MSto vox بحسا non habet puncta pluralia; ea impoſui, conſtructione ita exigente.

## CAP. XV.

4. ٢حصصه et conſolationem] Sic vox exaratur in MSto: uſitatior eſt cum duplici ب, حصبا, ut in comm. 5.

21. ٢ببه annunciatum eſt] Mendoſe MS. ٢ببحه in plurali. Græci Codd. et Verſio Syra prior habent numerum ſingularem; itaque textum correxi.

## CAP. XVI.

1. ܐܦܩܕ ܠܟܘܢ commendo vobis] Lectio marginalis ܐܦܩܕ ܠܟܘܢ ܕܬܗܘܢ ܠܗ ܡܣܥܕ̈ܢ *commendo vobis—ut sitis ei adjutores*, est scribæ scholium. Occurrit vox ܡܣܥܕ̈ܢ in margine Cap. xii. 8. at Castellus eam non agnoscit; habet vero fœm. ܡܣܥܕ̈ܬ *adsistrix*. Puncta pluralia, in MSto omissa, imposui, constructione postulante.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD CORINTHIOS PRIMAM.

## CAP. I.

10. ܐܚ ܒ ܐܚ ܐܚܐ et itidem] In MSto ܒ geminatur; repetitum delevi.

## CAP. III.

1. ܠܐ ܡܬܠܠ ܠܝ ‖ non potui loqui] In MSto ܠܐ non habet literam ܝ præfixam; eam ſupplevi e Verſione Syra priori.

19. ܚܟܡܬ ܥܠܡܐ verſutia] Nec uſitata nec proba eſt, ut opinor, hæc Polycarpiana interpretatio. In Græcis πανουργία legitur, quam vocem vertit Auctor in Luc. xx. 23. per ܥܠܡܐ ; in 2 Cor. iv. 2. xi. 3. Epheſ. iv. 14. per ܥܠ—et in 2 Cor. xii. 16. Adjectivum πανοῦργος per ܥܠ.

## CAP. IV.

11. ܥܪܛܝܢ et nudi ſumus] In MSto verbum mendoſe ſcribitur abſque ܕ, ܥܪܛܝܢ.

## CAP. V.

11. ܥܒܕ ܐܝܕܘܠ idololatra] Vocem ܐܝܕ in textu ſcriba omiſit, et in margine exaravit; revocavi in textum. Hæc autem

loquendi forma poſtulat ut ܠ voci ܒܙܒܢ præfigatur, ut in comm. 10. In Epheſ. quidem v. 5. eſt abſque ܠ, ſed ſcribæ incuria, ut arbitror.

## CAP. VI.

1. ܡܢ ܟܘܢ ※—※ex vobis✓] Præpoſitio ܡܢ ſolum, inquit Wetſtenius, eſt Aſteriſco incluſa; revera, vox utraque. Scilicet quæ ſcriba in codice Polycarpiano omiſerat, inſeruit Criticus, et inſerta Aſteriſco notavit. Omnes Græci codices habent ὑμῶν, cujuſmodi genitivos per præpoſitionem ܡܢ-*ex*-Syri exprimere ſolent.

19. ܕܐܝܬ ܒܟܘܢ ܗܝܟܠܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܒܟܘܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܐܠܗܐ quod corpora veſtra templum Spiritus Sancti, qui in vobis, ſunt] Verbum ܐܝܬ ſunt ad Nominat. pluralem ܦܓܪܐ *corpora* refertur, non ad ܗܝܟܠܐ *templum*. Græci habent ſingularem; et notat Criticus in margine ܗܝܟܠܐ—ναὸς—ſingularis numeri eſſe.

## CAP. VII.

5. ܠܥܕܢܐ ad tempus] Græce, πρὸς καιρόν. In margine eſt ܫܥܬܐ *hora*, cum particula ܒ præfixa, quaſi Criticus legere voluiſſet ܠܥܕܢܐ ܕܫܥܬܐ *ad tempus horæ*; quæ forma loquendi in Græcis uſurpatur 1 Theſſ. ii. 17. πρὸς καιρὸν ὥρας.

21. ܐܠܐ ܐܢ ܡܨܐ ܠܟ ܠܐ Sed et ſi potes] Copulativa ܘ *et* non Aſteriſco notatur, ut monet Wetſtenius.

22. ܘܗܘ ܕܚܪ ܒܪ ※—※et is qui✓ liber] Sic MS. Voces quas ſcriba Polycarpiani codicis omiſerat, criticus aliquis cum Aſteriſco inſeruit. Græce καὶ ὁ ἐλεύθερος.

28. ܐܦ ܐܢ ܢܣܒ ܒܬܘܠܬܐ ܠܐ ܚܛܬ ܐܦ Et ſi nupſerit virgo, non peccavit] Ante hæc verba MStus habet ܠܐ ܐܦ ܐܢ ܢܣܒ ܒܬܘܠܬܐ

ܫܠܡ quæ neque cum grammaticis legibus neque cum ſenſu congruunt. Verba ܫܠܡ et ܐܝܬ ſunt maſculini generis, ܗܘ ܫܠܡ fœminini. E textu omnia detruſi, nam ſcribæ error eſt manifeſtiſſimus, qui in ſequentibus cum corrigere ſe ipſe voluerit, eradere tamen quæ paullo ante ſcripſerat, oblitus eſt.

30. ܘܕܒܥܝ ܒܚܩܠܬܐ ܘܕܫܦܝ et qui gaudent in poſſeſſionibus] Voce ܒܚܩܠܬܐ *in poſſeſſionibus* uſus eſt Polycarpus, ni fallor, explicandi cauſa. Nihil tale habent Græci; neque Verſiones.

34. ܐܝܟ ܢܬܪܥܐ ܠܒܥܠܗ ; quomodo placeat viro] Vocem ܒܥܠܗ, quæ in MSto oculis vix decerni poteſt, haud dubitavi exprimere, ſenſu facem præferente.

39. ܗܢܘܢ ] Non Obelo notatum eſt, ut ſomniat Wetſtenius: ܗܢܘ *eſt* ſolum ita ſe habet.

40. ܕܐܝܬ ܒܝ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ; quod Spiritum Dei habeam] Lectionem marginalem ܒܝ *in me*, nullus dubito petitam eſſe e Verſione Syra priori, in qua hæc phraſis ſæpiſſime adhibetur. Codd. Græci nil variant.

## CAP. VIII.

2. ܡܢ [ܡܢ] ܕܡܤܒܪ ; ܐ Si ;autem [*quis*] putat] Vocem ܡܢ *quis* ſcriba omiſit; reſtitui, ex ſenſus neceſſitate.

## CAP. IX.

10. ܒܣܦܪ ܕܫܦܝ ; ܒܕܝܫܐ in ſpe participans] Pars verſiculi noni, et hoc fere totum comma in MSto deſiderantur. Juxta Polycarpianam vertendi rationem poſt ܕܦܪܢ ; ܒܕܝܫܐ, *bovem triturantem*, ſic verba reſtituenda ſunt: ܐܘ ܠܐ ܒܕܝܫܐ ܕܦܪܢ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܒܥܠ ܣܒܪ ; ܕܐܦ ܥܠ ܕܝܫ ܒܕܝܫܐ ܡܛܠ ܕܒܥܠ ܣܒܪ ; ܕܐܦ ܥܠ ܕܝܫ

ܐܝܟ ܐܢ ܥܠ ܬܘܪܐ ܐܠܗܐ ܡܕܒܪ ܐܘ ܡܛܠ ܕܝܠܢ ܐܡܪ ܡܛܠ ܕܝܠܢ ܐܬܟܬܒ ܕܥܠ ܣܒܪ ܕܢܕܘܫ ܬܘܪܐ ܘܕܕܒܫ ܒܣܒܪ ܕܢܫܬܪܟ ܒܗ (ܒܣܒܪ ܕܢܫܬܪܟ ܒܗ) ὀὀιο *Num de bobus cura eſt Deo? An propter nos omnino dicit? propter nos enim ſcriptum eſt, Quoniam in ſpe debet arator arare, et qui triturat, (in ſpe participans)* —Omnia in contextu inſerui, ſententia poſtulante: at in fine commatis præſtat, meo judicio, Lectio marginalis ܒܗ ܕܢܫܬܪܟ ܒܣܒܪ ܕܢܫܬܪܟ ܒܗ *ex ſpe ejus participare.* Vox ܒܗ *ejus* deeſſe videtur in textu poſt ܒܣܒܪ *ſpe.*

11. ܠܢ ܐܢ ܥܠ [ܠܟܘܢ] ܒܪܘܚܢܝܬܐ ſi nos [*vobis*] ſpiritualia] Abeſt ܠܟܘܢ *vobis* in MSto; at eam ſupplevi, ſenſu poſtulante.

## CAP. X.

11. ܗܘܘ devenerunt] Hoc verbum MStus habet in ſingulari, quod cum conſtructione eſt incongruum; nam nominativus ܬܪܥܐ eſt in plurali. At forſan hic, ut in aliis locis, Polycarpus Græcorum idioma uſurpavit; Græce *τὰ τέλη—κατήντησεν.* Criticus quoque eandem ob cauſam, ni fallor, ſingularem ſervat in margine, ubi monet, in uno codice inveniri ܗܘܬ, in aliis ܐܬܝ *ἀπήντηεν* (pro *ἀπήντησεν*). Græci impreſſi habent *κατήντησεν*, et in omnibus fere locis ubi hoc verbum occurrit, reddidit illud auctor Verſionis per ܐܬܐ. Vox marginalis *ἀπαντάω* eſt ea quæ vertitur ܗܘܬ in Matth. xxviii. 9. Marc. v. 2. xiv. 13. Act. xvi. 16.—et ܡܛ in Luc. xiv. 31. xviii. 12. et Johan. iv. 51. Itaque veriſimile mihi videtur, Polycarpum in ſuo Græco legiſſe *ἀπήντησεν*, nam hoc verbum ne ſemel quidem vertit per ܐܬܐ. Sed Criticus quidam animadvertit, unum ſuorum codicum habere *ἀπήντησεν*—ܗܘܬ, alios vero *κατήντησεν*—ܐܬܝ. Et ipſe Polycarpus reddidit *κατήντησεν* per ܐܬܐ in 1 Cor. xiv. 36.

## CAP. XI.

16. [ܐܢܫ] ܐܝ ܐ ſi autem [*quis*] Deeſt ܐܢܫ *quis* in MSto: at ſupplevi, ſententia ita exigente.

17. ܒܬܪ ܠܛܒ in melius] In voce ܒܬܪ ſcriba mendoſe exaravit ܪ pro ܕ. Correxi errorem.

## CAP. XII.

12. [ܐܒܪܐ] ܐܝ ܟܠܗܝ omnia autem [*membra*] Deeſt ܐܒܪܐ *membra* in MSto; at in textu inſerui, ſententia flagitante.

24. [ܐܠܗܐ] ܐܠ Sed [*Deus*] Abeſt ܐܠܗܐ *Deus* in MSto: vocem ſupplevi utpote admodum neceſſariam.

## CAP. XIII.

4. ܡܬܪܓܙ perperam agit] Schaafius et Caſtellus verbum non habent.

7. ܟܠܗܝܡ ܡܣܒܠ omnia ſuffert] Verbum στέγει ait Wetſtenius in noſtro codice deſiderari: non profecto; nam ſequens verbum ܡܣܒܠ *ſuſtinuit, tulit*, verbo στέγει reſpondet, et lectio marginalis ܠܡܣܒܠ *in ſpe* [ſuffert] huic verbo ſolum conjungi poteſt. Abſunt quidem MSto voces ܟܠܗܝܡ ܡܗܝܡܢ ܟܠܗܝܡ ܡܣܒܠ *omnia credit, omnia ſperat*, de quibus omiſſis nihil annotavit clariſſimus Vir.

## CAP. XIV.

6. ܐܠܐ ܕܐܡܪ ܠ nisi loquar] Omnes tam Græci codices quam Verſiones, poſt ܠ *niſi* habent ܟܘܢ *vobis*, ſed vox in MSto deſideratur, neque inſerendam cenſui, cum ſine ea ſenſus ſtare poteſt.

19. ܒܥܕ ܚܡܫ quinque verba] In MSto deeſt litera ܒ voci

ܢܨܕ præfixa; at eam e Verſione Syra priori ſupplevi, utpote perneceſſariam, ad exprimendum Græcum infinitivum, cum futuro verbi ܐܬܝ.

27. ܬܪܝܢ duo] In MSto literæ ܬ obliterantur, quas ſupplevi fide Verſionis Syræ prioris.

34. ܢܫ̈ ܬ̈ ܢܚ̈ mulieres ÷veſtræ✓] In MSto Obelus eſt perſpicuus, neque vero Aſteriſcus, ut ſomniat Wetſtenius.

35. ܒܥ̈ܠ̈ܬ̈ in Eccleſiis] Græci omnes ſingularem numerum habent, at Noſter pluralem.

## CAP. XV.

24. ܘ ܟ̈ܠ ⁂ et ⁂omnem✓ poteſtatem] Scribit Wetſtenius MStum habere *πᾶσαν*, cum Aſteriſco, poſt copulativam *καὶ* tertio adhibitam, i. e. *et ⁂omnem✓ virtutem*, ut Verſio Syra prior ſe habet. Scribere debebat, poſt *καὶ* ſecundum.

30. ܚ̈ܒ̈ܠ̈ ܕ̈ ܡ̈ ] Græce *κινδυνεύομεν*, et forſan juſtius reddidit vetus interpres ܡ̈ ܕ̈ ܡ̈ ܚ̈ *in periculo conſtituimur*. ܚ̈ܒ̈ܠ̈ ܕ̈ ܡ̈ ſonat ad literam, *periculum facimus*.

31. ܐ̈ certe] Vel potius, *Etiam*. Vocem *ναὶ* pro *νὴ* male legiſſe videtur Polycarpus.

34. ܐ̈ ܚ̈ ܕ̈ ܚ̈ Vigilate mente] Hanc loquendi formam ſæpe frequentat tam Polycarpus quam vetus interpres. Vid. 1 Theſſ. v. 6, 8. 1 Tim. iii. 2, 11. 2 Tim. ii. 26. Tit. ii. 2. 1 Pet. i. 13. iv. 7. v. 8.

45. ܡ̈ ܚ̈ ܕ̈ ܬ̈ vivificantem] Græci *ζωοποιῶν*.

52. ܚ̈ ܕ̈ ܡ̈ ܚ̈ in momento] Hic nimium *κατὰ πόδα* Græcam vocem *ἀτόμῳ* Polycarpus ſequutus eſt; ad verbum, *in non ſectibili*. ܕ̈ ܡ̈ ܚ̈, *ſectibilis*, eſt Adjectivum e participio τῦ Eth-

peel derivatum, a ܩܨܨ *amputavit, fecuit*. Hanc inſolitam loquendi formam criticus pro diligentia ſua in margine explanavit.

## CAP. XVI.

11. ܠܡܐ ܡܫܟܚ expecto] In MSto vitioſe ſcriba exaravit ܡܫܟܚ. Correxi errorem.

15. In MSto deeſt ſignum finale ↙; illud ſupplevi poſt ܐܟܐܝܐ *Achaïci*, ſententia flagitante.

Silet plane Wetſtenius de Epiſtolæ Epigraphe, quæ in noſtro codice reperitur.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD CORINTHIOS SECUNDAM.

## CAP. I.

5. ܣܓܝܐ ;ܚܕܐ abundant paſſiones] Verbum ;ܚܕܐ eſt in ſingulari numero, at nominativus in plurali ex Græciſmo, quo *neutra plur. gaudent verbo ſingulari.* Gr. περισσεύει τὰ παθήματα. Syri vero neutrale genus non habent; ergo legendum eſt, ut in Verſione Syra priori, ܚܕܐ. Confer autem ad 1 Cor. x. 11.

6. ܕܢܦܨ ܕܒܗ ܐܦ ; ܒܗܝܢ ; ܗܘ ✻ in quem ſperavimus quod et adhuc eripiet✓] Hæc ſententia cum loco minime quadrat, et a commate decimo huc tradućta fuiſſe videtur.

9. ; ܒܛܠ ; ܦܣܩ decretum] Verbum ; ܦܣܩ quo Græcum ἀπόκριμα exprimit Noſter, vertit Caſtellus, *abſcidit, decrevit*; ; ܒܛܠ ; ܦܣܩ *ſententiam pronunciavit.*

12. ; ܣܗܕܘܬܐ ; ܕܠܒܐ teſtimonium conſcientiæ] In MSto prima litera ; in voce ; ܣܗܕܘܬܐ deeſt.

20. ; ܒܗ ܐܦ ܗܘ in ipſo Etiam] ܐܦ in MSto habet literam ܕ præfixam, ſed mendoſe.

21. ܥܡܢ ܠܡܫܝܚܐ nobiſcum in Chriſto] In MSto deeſt præpoſitio ܠ, voci ܠܡܫܝܚܐ præfixa; at eam reſtitui, ut quæ ſit omnino neceſſaria.

23. ܐܝܬ [ܠܝ] ܠܐܠܗܐ ܣܗܕܐ teſtem Deum [*invoco*] Verbum ܠܝ in MSto deſideratur ſcribæ incuria; at illud ſupplevi, ſententia ita flagitante, et viam præſternente Verſione Syra priori.

## CAP. II.

11. ܢܝܕܥ [ܠ] ܐܝܬ ܠ non enim ignoramus] Abeſt ܠ ſecundum in MSto; at inſerui, nam conſtructio exigit.

## CAP. III.

1. ÷ܠܐܚܪܢܐ ad alios✓] Non Aſteriſcus, ut Wetſtenius affirmavit, ſed Obelus in MSto manifeſtiſſimus eſt; et Græci vocem non habent.

2. ÷ܒܢܝܢܫܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ab omnibus ÷hominibus✓] Hic quoque Wetſtenius erravit; nam Obelum, non Aſteriſcum, MStus habet.

3. ܒܠܒܐ in cordibus] Legit Polycarpus, uti videtur, cum Codd. A. 44. &c. in plurali. Verſio Syra prior et Græci impreſſi ſingulari numero patrocinantur.

6. ÷ܗܘܝܢ✓] ÷eſſe✓] Obelus, non Aſteriſcus, ut monet Wetſtenius, in MSto uſurpatur.

7. ܕܐܬܒܛܠ quod impreſſum erat] Totam ſententiam auctor in ſuo Græco legit hoc ordine, *εἰ δὲ ἡ διακονία τῦ θανάτυ ἐντετυπωμένη ἐν γράμμασιν ἐν λίθοις*—De hoc ordine nihil annotavit Wetſtenius.

14. ܗܘ ܒܥܝܢܐ ܗܘ ܟܣܝܐ idipſum velamen] Hic ob homœoteleuton ſcriba erravit; nam poſt has voces in textu deſiderantur om-

nia uſque ad ⸗ in commate ſequenti, et in marginem rejiciuntur. Sic ſe habent, ⸗ ܗܘ ܕܐܝܬ ܒܗ ܒܟܬܒ ܥܬܝܩ ܒܡܫܬܐ ܕܠܐ ܐܬܓܠܝ ܐܦ ܗܫܐ ܒܩܪܝܢ ܠܢ ܒܓܝܪ ܕܒܡܫܝܚܐ ܒܛܝܠ. ܐܠܐ ܥܕ ܝܘܡܢܐ ܗܢܐ ܒܩܪܝܢ ܠܢ ܡܘܫܐ ܟܣܝܐ ܥܠ ܠܒܗ *in lectione Teſtamenti veteris manet non revelatum: quia in Chriſto aboletur. Sed uſque ad hodiernum diem, quum legitur Moſes, velamen* &c. Textum reconcinnavi.

16. ܡܬܦܢܐ ܗܘ ܐܡܪ Quando autem converſum fuerit] In margine eſt Nota hujuſmodi: ܐܡܪ ܠܒܗܘܢ ܡܬܦܢܐ ܗܘ ܟܕ ܐܡܪ ; ܐܡܪ *converſum fuerit cor eorum, quando dicit.* Vox ܐܡܪ eſt lectu difficilis; et neſcio equidem utrum legendum ſit ; an ̣, ſed præſtat ̣, meo judicio; nam ̣ ܐܡܪ forſan Critico idem valebat quod ܐܡܪ.

## CAP. IV.

4. ܐܠܗܐ Quoniam Deus] Sic in MSto; at pro ̣ *quoniam*, omnes Græci habent ἐν οἷς, quæ eſſent Syriace ܒܗܠܝܢ, quam vocem ſcriba forſan in textu omiſit. Legere velim ܐܠܗܐ ̣ ܒܗܠܝܢ *in quibus Deus* &c.

6. ܐܠܗܐ ⸗ ⸗ Quia Deus] Sic in MSto; abeſt ̣ ante ܐܠܗܐ, at ſupplevi, linguæ idiomate exigente; et ita ſe habet Verſio Syra prior.

17. ܕܠܐ ; ܥܠ ܡܐܢܐ ̣ quæ præter modum] Hæ voces Græcis κατ' ὑπερβολὴν reſpondent, et ſequentes ⸗ ܥܠ ܡܐܢܐ ſequentibus εἰς ὑπερβολὴν; quæ de verbo ad verbum vix reddi Latine poſſunt.

## CAP. V.

14. ܕܚܕ ̣ quoniam *ſi* unus] In Græcis ὅτι εἰ εἷς—quibus ut reſpon-

deat textus Syriacus, vox ﻝ *ſi* deſiderari videtur. Legendum arbitror, ut in comm. 1. ﺱ ﻝ!.

## CAP. VII.

8. ﺕﺨﺼﻫ contriſtavit] Sic in MSto. Punctum ſupernum primam perſonam indicat, vitioſe vero: recte Criticus in margine ſcripſit ﺕﺨﺼﻫ, quod eſt tertia perſona fœminini generis, concordans cum nominat. fœm. ﺓﻠﻴﻫ *Epiſtola*.

## CAP. VIII.

3. ﻝﻼﺑ ﻉﻡ ﻫﻠﻫ et ſupra vires] Hæ voces juxta Syriacam interpunctionem verſiculum claudunt; verſiculus autem quartus incipit a ſequentibus verbis ﻥﻫﺼﺨ ﻉﻡ ﻥﻫﺼ, nec male, meo judicio. Veruntamen in Latina Interpretatione Græcos impreſſos ſequutus ſum.

17. ﻫﻠﻫ ﺡﺏ] In MSto ﺡﺏ pro ﺡﺏ uſurpatur, et ita ſæpe; ſæpius tamen occurrit ﺡﺏ, quomodo imprimendum curavi. Vide Not. in Act. xxvi. 4.

19. ﺏ! !ﻩﺨﺼ] MStus hic pauliſper laceratus eſt, ſed veras voces recte me reſtituiſſe puto. In voce ﻝﻼﻫﻠﻫﻮﻫﻥ literæ ﻫﻠﻫ legi non poſſunt, at eas ſupplevi ex Rom. xiv. 5. ubi eadem forma uſurpatur in voce ﻝﻼﻫﻠﻫﻮﻫﻥﺠ.

24. [ﺡﺏ!] ﺓﻮﻫﻠﻫﻠﻫﻮ et gloriationis [*noſtræ*] Deeſt ﺡﺏ! *noſtræ* in MSto, at ſupplevi, ſententia flagitante.

## CAP. X.

14. ﻝﻼﻫﻠﻫ ﺓﻫﻠﻫ ſuperextendimus] In omnibus Codd. Græcis, et verſionibus, ſequitur ἑαυτὸς, Syriace ﺡﺏ ﺱﺏ; quibus vocibus textum noſtrum carere non ſuſtinui.

## CAP. XI.

2. ܟܣܥܕܬܟܘ desponsi vos] Verbum ܟܣܥ exponitur a Caſtello *concordavit*, *aptavit*, *comparavit*, ſignificationibus ad amuſſim cum Græco ἡρμοσάμην congruentibus.

9. ܢܥܠ obtorpui] Hoc verbum iterum adhibetur cap. xii. 13. pro eodem Græco. Apud Caſtellum idem valet quod Hebr. אנש, *ægrotavit*, *infirmus fuit*, &c. Criticus in margine explicat per ܥܡܝ *oneratus fui*.

21. ܐܚܢ ܕܐܬܟܫܝ infirmi eſſemus] In MSto verbum mendoſe exaratur cum duplici ܕ, ܐܚܢ ܕܐܬܟܫܝ. Correxi ex comm. 29. ubi eſt ܐܬܟܫܝ ex eadem radice.

31. ܡܪܢ ܝܫܘܥ Domini Jeſu] Nihil monet Wetſtenius vocem ܕܝܢ *noſtri*, Gr. ἡμῶν, in MSto deſiderari. Abeſt quoque in nonnullis codicibus Græcis.

33. ܒܣܦܝܐ ܒܚܠܐ ܕܫܘܪܝܐ et per feneſtram in ſporta] In MSto ܫܘܪܝܐ habet literam ܒ præfixam pro ܕ. Correxi fide Verſionis Syræ prioris; Græce ἐν σαργάνῃ.

## CAP. XIII.

9. ܐܢܬܘܢ ܚܫܝܠܝܢ vos [*autem*] validi] Deeſt vox ܐܢܬ in MSto; ac neſcio an abeſſe poſſit, incolumi ſententia.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD GALATAS.

## CAP. II.

9. ܕܝܕܥ [ܕ]ܐ et [*quum*] cognoviſſent] Abeſt ܕ in MSto, at illud ſupplevi utpote perneceſſarium. Græcorum aoriſtos participiorum Polycarpus reddere ſolet per præteritum verbi, præcedente ܕ *quum*. Vid. Not. in Act. ii. 37.

Ibid. [ܐܠܦܘ ܘܒܪܢܒܐ] ܠܝ ܝܗܒܘ dederunt mihi [*et Barnabæ*] In MSto ܐܠܦܘ ܘܒܪܢܒܐ deſiderantur; tuta et certa erat emendatio ex Græco fonte. De errore ſcribæ nihil annotavit Wetſtenius, neque obſervavit in noſtra verſione legi ܟܝ *quidem* ante ܠܥܡܡܐ *in gentes*, quemadmodum in Codd. A. C. D. E. G. &c.

## CAP. III.

2. ܒܥܝ ܡܢ ex operibus] Deſunt puncta pluralia in MSto, at ea impoſui; nam omnes tam Græci codices, quam verſiones, pluralem numerum habent: et locus eum exigit.

28. ↘‖○⁂neque↙] Non Obelus, ut inquit Wetſtenius, ſed Aſteriſcus hic appingitur.

## CAP. IV.

16. ܒܥܠܒ̈ܝ ܕܒܥܝܪܝ inimicus veſter] MStus vitioſe habet ܒܥܠܒ̈ܝ *eorum* pro ܒܥܠܒ̈ܝ *veſter*. Correxi, ſenſu poſtulante.

18. ܚܕܪ ſemper] Literæ ܚܕ in MSto laceratæ ſunt; earum proclivis et obvia erat reſtitutio, cum Græca vox πάντοτε ſemper reddatur per ܚܕܪ.

24. ܗܠܝܢ ÷ ܕܒܪܝܬܐ ܕܡܬܐܡܪܝܢ quæ ſunt dicta naturaliter ÷ in parabola] Recte quidem vocem ܗܠܝܢ Obelo notavit Criticus, tanquam ſuperfluam; nam neque in Græcis codicibus reperitur, neque ad ſenſum neceſſaria eſt. Voces ܕܒܪܝܬܐ ܕܡܬܐܡܪܝܢ Græcorum ἀλληγορούμενα exprimunt religioſe magis, quam ex indole Syri ſermonis.

## CAP. V.

12. ÷ ܟܠܗܘܢ omnes] Vocem Obelo notari non animadvertit Wetſtenius.

Ibid. ܡܬܒܠܥܝܢ ineſcant] Græci habent ἀνασατοῦντες, et verbum occurrit Act. xvii. 6. xxi. 38. ubi vertit auctor per ܐܬܪ *Aphel* τοῦ ܒܠܥ. Verbum textuale ܒܠܥ ſemper ponitur, ubi in Græco eſt δελεάζω, ut Jacob. i. 14.—2 Pet. ii. 14, 18.—Nonne igitur veriſimile eſt, Polycarpum in ſuo Græco legiſſe δελεάζοντες pro ἀνασατοῦντες? Vox δελεάζοντες idonea mihi et commoda videtur.

## CAP. VI.

2. ܡܣܬܐ onera] Deſunt puncta pluralia in MSto. Sed Græci omnes pluralem habent.

7. ܡܬܬܣܪ illuditur] Tres literæ poſteriores in MSto laceratæ ſunt: eas ſupplevi auctoritate Verſionis Syræ prioris.

15. ÷ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ # in Chriſto enim Jeſu] Voces omnes Aſteriſco notatæ ſunt, neque ſolum ܒܝܫܘܥ *Jeſu*, ut Wetſtenius aſſeruit.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD EPHESIOS.

## CAP. I.

16. ܠܐ ܒܛܠ ܐܝܬ ̇ ̇ ̇

20. ܘܗܘ ܗܕܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ angulari ipſo Jeſu] Vox ܗܕܐ in MSto non Aſteriſco notatur, ut affirmat Wetſtenius.

21. ܡܬܚܫܪ coagmentatum] Bis omnino in Græcis adhibetur participium *συναρμολογμένη*, hic et in cap. iv. 16. utroque in loco illud reddidit Polycarpus per ܡܬܚܫܪ.

## CAP. III.

8. ܗܝܕܐ ܝܗܒ ܠܝ ܒܥܡܡܐ ܕܐܬܐ ܒܣܪ ܥܠ ܥܡܡܐ ܠܡܒܫܪ ܥܘܬܪ̈ܐ data eſt gratia hæc, inter gentes evangelizare divitias] In Latina Interpretatione interpunctionem in Græcis editis vulgo uſitatam ſequutus ſum. Syriaca quidem interpunctio voces ܒܥܡܡܐ *inter gentes* priori ſententiæ parti attribuit, ſic—*data eſt gratia hæc inter gentes, evangelizare divitias* &c.

13. ܒܥܘܬܝ ܕܐܢܐ ܡܬܟܫܠ in afflictionibus meis] Deſunt puncta pluralia in MSto, errore feſtinantis ſcribæ ſolenni.

## CAP. IV.

17. ܒܥܩܠ̈ܝܟܘܢ ܡܫܟ̈ܚܢ̈ܐ mentis veſtræ] Omnes tam Græci codices, quam verſiones, habent ܒܥܩܠ̈ܝܗܘܢ, *αὐτῶν*. Noſter unus *ὑμῶν*, quod Wetſtenium fefellit.

32. ܠܒܝܢ ܠܓܒ̈ܝܢ vobiſipſis] MS. ܠܓܒ̈ܝܢ ܠܓܒ̈ܝܢ *ſibi ipſis*, mendoſe proculdubio. Quod vero hunc errorem correxi, id a me temere factum fuiſſe nunc ſerius ſentio; nam error eſt a manu non ſcribæ, ſed Interpretis, qui non animadvertebat *ἑαυτοῖς* hic poſitum eſſe in ſecunda perſona, et convertit in tertia, contra ſenſum. Nempe Editoris eſt lectionem genuinam, utcunque malam, retinere.

## CAP. V.

31. ܗܕܐ ܠܐܒܐ ܘܠܐܡܐ patrem, et matrem ſuam] MStus non habet ܗܕܐ *ſuum* poſt ܠܐܒܐ *patrem*, ut neque Codex D; at hoc

Wetſtenius non notavit, neque animadvertit noſtrum habere ܕܝܠܗ *ſuam* poſt ܐܡܐ *matrem*, cum Codd. 31. 47. &c.

33. ܐܢܬܬܗ ܗܝ ܘ ✻ ܘ et ✓ ipſa autem uxor] Sic Aſteriſcus in MSto uſurpatur; ratio eſt quod Criticus quidam ſubſtituerit ܘ *et* pro ܗܝ *autem*.

## CAP. VI.

2. ܕܡܘܥܕܐ promiſſionis] Sic MS. Græci omnes dant Dativum: neque tamen propterea ſtatuendum eſt, aliter legiſſe Syrum in exemplari ſuo, quam nos hodie in noſtris; ſed dandum eſt aliquid vel arbitrio, vel negligentiæ interpretantis.

12. ܡܨܥܬܐ colluctatio] Græce πάλη: vocem ܡܨܥܬܐ Schaafius et Caſtellus non habent.

22. [ܕܝܕܥܘܢ] ܕܬܕܥܘܢ ut [*cognoſcatis*] Deeſt verbum ܕܝܕܥܘܢ in MSto.

# NOTÆ
IN
# EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

## CAP. I.

1. ܒܡܫܝܚܐ ܕܝܫܘܥ qui ✓ [*in*] Chriſto] Scriba præpoſitionem ܒ omiſit; quam e Verſione Syra priori in textu inſerui: et ipſe Polycarpus in ſimilibus locis eadem uſus eſt. Vide 1 Cor. i. 2. Coloſſ. i. 2.

4. ܒܟܠ ſemper] Hæc vox in Syriaco textu verſiculum 3. claudit; at in Latina Interpretatione a Græcis impreſſis non diſceſſi. Vox ܒܟܠ, iterum adhibita, habet copulativam ܘ *et* præfixam; cum autem redundet, eam delevi. Legere quidem velim cum litera ܠ præfixa, ܠܟܠ, nam Græci accuſativum habent.

7. ܒܟܠ ܒܣܘܪܝ ܘܒܟܦܢܐ in vinculis] ܒܟܠ omnino redundat. Legere velim cum copulativa ܘ *et* præfixa, ܘܒܣܘܪܝ *et in vinculis*, Græce καί τε τοῖς δεσμοῖς.

11. ܕܐܬܝ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ* per *fidem ✓ Jeſu] Pro ſigno finali ✓ eſt in MSto hæc nota ⸗.

27. ܒܚܕ ܢܦܫ certamen] Vocabulum eſt merum Græcum, Syriacis literis exaratum; neque aliter cap. iv. 3.

## CAP. II.

3. ܒܟܠ ܚܕ ܠܚܕ ܡܬܚܫܒ ܒܢܦܫܗ ܕܝܬܝܪ alii alios arbitrantes præ-

ſtantiores] Verbo ܨܒܪ ſæpe uſus eſt auctor ad exprimendam præpoſitionem πρὸ, ut ſupra notavi ad Act. i. 3. et alibi : unde probabile mihi videtur, Polycarpum in ſuo Græco legiſſe cum cod. 46. *προηγέμενοι*, non *ἡγέμενοι* cum codd. impreſſis.

## CAP. III.

8. ܣܦܘܠܐ ſtercora] Caſtellus vocem non habet.

10. ܗܝܡܢܘܬܐ ut fide] Græci impreſſi et verſiones omnes hac voce verſiculum 9. claudunt, at juxta Syriacam interpunctionem verſiculus decimus incipit ab ea voce ; et Wetſtenius annotavit ita ſe habere et codd. 1. 4. 7. 19. &c. probante Millio. Itaque in Latina Interpretatione Syriacam interpungendi rationem ſervavi.

13. ܚܕ ܡܢ unum autem] Millius, Wetſtenius &c. has voces initio verſiculi 14 ſcribunt ; in Vulgata vero, et Syra priori verſione idem verſiculus incipit his vocibus, *Ad ſcopum perſequor* : et nos hanc diviſionem in noſtra Interpretatione ſequuti ſumus.

18. ܐܚܪܝܢ—aliter ↙] Notam marginalem non recte accepit Wetſtenius.

## CAP. IV.

1. ܗܟܢܐ ſtate] In omnibus codicibus Græcis et verſionibus ante hoc verbum ſcribitur *οὕτω*, at deeſt in MSto.

3. [ܕܒܒ] ܠܝ ܥܡ ܚܕ mecum certamen [*fecerunt*] Græce *συνήθλησάν μοι*, quæ eodem modo auctor reddidit in cap. i. 27. ergo verbum ܕܒܒ a ſcriba omiſſum inſerui, ſententia flagitante.

10. ܗ ܒܗ ܟܕ tandem] Mendoſe ſcriba exaravit ܒܗ pro ܗ ܒܗ : ܐ finalem ſupplevi, nam ita vox ſemper ſcribitur pro Gr. *ποτέ*.

19. ܒܡܫܝܚܐ in Chriſto] Vox non abeſt in MSto, ut ſomniat Wetſtenius ; neque obſervavit vir eruditus in MSto deſiderari vocem ܒܡܫܝܚܐ—quæ in omnibus Græcis codicibus et verſionibus reperitur.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

## CAP. I.

2. ܐܚܐ ܕܡܫܝܚܐ fratres in Chriſto] In utraque Syriaca Verſione, juxta Wetſtenium, textui additur vox ܝܫܘܥ *Jeſu*, in poſteriori vero eadem vox juxta ipſum Aſteriſco notatur. Erravit vero Vir Cl. nam in MSto vox illa omnino abeſt.

Ibid. ܘܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ※et Chriſto Jeſu Domino noſtro↙] In MSto Aſteriſcus iteratur abſque ſigno finali poſt ܝܫܘܥ, ſic ※ܘܡܪܢ ܝܫܘܥ ※. Hic certe ſcriba deceptus eſt, nam nihil valet Aſteriſcus ſecundus. Tota ſententia Aſteriſco notata deeſt in codicibus D. E. 4. &c. neque eam habet Verſio Syra prior. At Wetſtenius de Aſteriſco verbum non habet.

3. ܠܐܠܗܐ ܘܐܒܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ Deo, Patri Domini noſtri] Omnes Græci Codd. et Verſiones, habent ο *et* ante ܐܒܐ *Patri*, at deeſt in MSto, nihil admonente Wetſtenio.

7. ܢܛܪ ܠܟܘܢ conſervo noſtro] Primum ſcriba exaravit ܠܟܘܢ *veſtro*, poſtea delevit, et ſcripſit ܠܢ *noſtro*. Nonnulli Græci codd. habent *veſtro*, ſed mendoſe meo judicio.

12. ܕܡܘܕܝܢ ※ܠܐܠܗܐ ܕܒܥܝ Gratias agentes ※Deo↙ et

Patri] Sic Aſteriſcus in MSto uſurpatur, ο copulativa excluſa, ut recte admonuit Wetſtenius. Hoc exemplo clariſſime demonſtratur Criticum aliquem in textu inſeruiſſe voces, quas Polycarpianæ Verſionis ſcriba omiſerat.

19. ܕܟܠܗ ܫܪܝ ܒܗ ܕ[ܐܝ]ܬ ܗܘ ܡܛܠ ܕ Quia in eo [*voluit Pater*] omnem plenitudinem habitare] Verbum Syriacum ܐܝ, *voluit*, Gr. verbo εὐδοκησε ubique reſpondet; itaque, cum in nullis codd. Gr. aut verſionibus deſit, illud in textu inſerui.

29. ܒܗ ܕܥܡܠ ܐܢܐ ܒ[ܕ] [*In*] quo et laboro] Perneceſſaria eſt præpoſitio ܒ *in*, ergo eam particulæ præfixi. Græci habent εἰς ὃ, verſio Syra prior ܠܘܬ .

## CAP. II.

2. ܒ ܡܬܩܛܢܝܢ firmati] Græce συμβιβασθέντων, quod vertit auctor in comm. 19 per ܡܫܬܟܚ, neque aliter in 1 Cor. ii. 16. At in Epheſ. iv. 16. ܡܫܬܟܚ uſurpatur.

3. ܕܟܠ ܐܘܨܪܐ ܕܚܟܡܬܐ ܘܕܡܕܥܐ ܓܢܝܙܝܢ ܕܒܗ *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, et abſcondita ſcientiæ*] In omnibus codicibus Græcis et Tranſlationibus, *ſcientiæ* ſequitur copulativam *et*, et *abſcondita* eſt in maſculino genere concordans cum *theſauri*—ſc. *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ et ſcientiæ abſconditi*. Puto igitur vocem ܓܢܝܙܝܢ tranſpoſitam fuiſſe: ſine autem auctoritate alius Exemplaris Textum mutare non auſus ſum.

7. ܒܗ ܡܬܒܢܝܢ ܒܗ ܒ abundantes in ea] Margo habet ܒܗ *in eo*, non ܒܗ *in ea*, cum puncto ſuperno, ut male contendit Wetſtenius. Græce ἐν αὐτῷ.

## CAP. III.

11. ܘܥܘܪܠ[ܐ] [*et*] præputium] Sententia flagitat, id quod Codices omnes ſuppeditant, copulativam ο *et*; ergo inſerui.

15. ܘܗܘ ܐܬܬܚܢܢ ܘܗܘܘ et grati eſtote] Eadem loquendi forma, cum particula negativa, occurrit Luc. vi. 35. 2 Tim. iii. 2. pro *ingratos*.

## CAP. IV.

3. ܗܘ ܕܥܠ ܗܕܐ propter quod etiam] Hic eſt, ni fallor, vocum tranſpoſitio. Legere velim ܕܥܠ ܗܘ ܗܕܐ, ut in comm. 10. quia ܕܥܠ nunquam præpoſitionem inter et relativum pronomen interponitur. E. g. ܕܥܠ ܕܗܘ ܗܕܐ Epheſ. i. 15. Phil. ii. 9. Coloſſ. i. 9.—1 Theſſ. ii. 13. iii. 5. et ܕܥܠ ܗܘ ܡܐ 1 Cor. xv. 2.

15. ܒܗ̇ ܕܒܝܬܗ̇ quæ in domo illius] Neſcio quid ſibi velit Criticus per lectionem marginalem ܒܗ̇, puncto ſuperno omiſſo.

16. In margine Criticus annotavit Apoſtolum in Epiſtola ſua ex Laodicea alludere ad primam ſuam ad Timotheum Epiſtolam, ratus ſcilicet illam unam e Laodicea epiſtolam ab eo ſcriptam fuiſſe; non obſervavit autem Epigraphum quæ ad finem primæ ad Theſſ. epiſtolæ reperitur. Ibi enim dicitur eam e Laodicea fuiſſe miſſam; quod Epigraphis, ut vulgo ſe habent, contrarium eſt. Hunc nodum ſolvere non ego aggrediar; conſuli autem poteſt ea de re ſagaciſſimus ſimul et eruditiſſimus Paley, cui verisimile videtur Apoſtolum hic reſpexiſſe ad eam quam ad Epheſios ſcripſerat epiſtolam. Vide *Horæ Paulinæ*, p. 248. Edit. 1790.

# NOTÆ

IN

# EPIST. AD THESSALONICENSES PRIMAM.

## CAP. I.

1. ܠܐܠܗܐ ܘܐܒܝܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ :ܠܘܬ ✱a Deo Patre ✓ noſtro, et Domino Jeſu Chriſto] Sic Aſteriſcus ſe habet in MSto, et tota ſententia minime notata eſt, ut monet Wetſtenius.

2. ܕܠܐ ܒܛܠ] indeſinenter] Juxta Syriacam interpungendi rationem vox illa hunc verſiculum claudit ; et ſic quoque ſe habet verſio Syra prior : in Græcis autem impreſſis et Verſione Vulgata verſiculus tertius ab hac voce incipit. Schaafium in verſione Latina ſequutus ſum.

8. ܠܡܕܒܪ ܥܡ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܠܐ loqui iis quicquam] In nullis codicibus Græcis vox ܠܗܘܢ *iis* reperitur : Verſio Syra prior habet ܥܠܟܘܢ *de vobis* ; quibus de lectionibus ſiluit Wetſtenius.

## CAP. II.

11. Græci impreſſi et Verſio Syra prior hunc verſiculum claudunt voce ܡܬܬܢܚܡܝܢ *et conſolabamur* : at interpunctio noſtra Syriaca participium ܡܣܗܕܝܢ jungit cum ܡܬܬܢܚܡܝܢ, ita ut iis vocibus vel hic verſiculus claudatur, vel incipiat verſiculus duodecimus. A Græcis autem impreſſis diſcedendum non cenſui.

## CAP. III.

2. ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܐܠܗܐ ‡ ܘܥܕܪܢ ‡ ] ‡ et adjutorem noſtrum ‡] Sic Aſteriſcus in MSto uſurpatur, voce ܐܠܗܐ *Dei* non incluſa, ut male monet Wetſtenius.

Ibid. ܘܢܬܦܪܩܘܢ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ] et conſolaretur de fide veſtra] Poſt ܘܢܬܦܪܩܘܢ omnes tam Græci codd. quam verſiones habent ܟܘܢ *vos*; cum vero locus non exigat hanc vocem, eam in textu non inſerui. Præpoſitio ܥܠ in MSto iterata eſt; repetitam delevi, tanquam ſupervacaneam.

3. ܢܬܙܥܙܥ commoveatur] In MSto verbum hoc mendoſe exaratur ܢܬܙܥܥ: correxi ex Caſtelli auctoritate, aſſentientibus et Lexicis MSS. Bodleianis.

6. ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ et quia habetis] Pro ܟܘܢ MStus habet ܢ *nos*, i. e. *habemus* pro *habetis*; vitioſe quidem. Vocem ܕܝܢ *noſtri* proprio loco ſcriba omiſit, et inter lineas exaravit: ita et vox ܐܚܝܢ *fratres noſtri*, in verſiculo ſeptimo ad marginis oram lineæ initio ſcribitur.

## CAP. IV.

13. [ܐܦ] ܠܐ ܨܒܝܢ ܐܢܐ [ܐܦ] nolo [*autem*] Abeſt ܐܦ *autem* in MSto; at reſtitui, ſenſu exigente, et omnibus Codd. Græcis et Verſionibus annuentibus.

Epigraphæ hujus Epiſtolæ nec Codices Græci, excepto Cod. D., nec Verſiones patrocinantur. Omnes habent *ſcripta fuit Athenis*; et eadem eſt annotatio ad calcem Epiſtolæ ii. ad Theſſ. tam in noſtro codice quam in Græcis. Itaque qua fretus auctoritate ſcriba ad hujus Epiſtolæ calcem annotaverit *ſcriptam illam fuiſſe* a Laodicea, me prorſus latet.

# NOTÆ

IN

# EPIST. AD THESSALONICENSES SECUNDAM.

## CAP. II.

7. ܗܝ ܗܘ ܟܕ jam] In aliis quoque locis hic ordo uſurpatur ܗܘ ܟܕ ܗܝ. Vid. Phil. iv. 10.—2 Tim. ii. 18.

## CAP. III.

1. ܠܘܬ ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ ܐܦ ut ſermo Domini] Vox ܡܠܬܐ mendoſe in MSto exaratur ܡܢܝܢ i. e. *propter eum*, quod manifeſte vitioſum eſt. Errorem igitur correxi.

11. ܥܒܕܝܢ ܒܛܠܢܐ curam adhibentes] Eadem forma loquendi occurrit Matt. xxii. 16. ܥܒܕ ܒܛܠ *curam ſuſtineas*.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD TIMOTHEUM PRIMAM.

## CAP. I.

3. ܠܐ ܐܚܪܢܝܬ ܠܡܠܦܐ ne aliter docerent] Pro ܐܚܪܢܝܬ *aliter* MStus habet ܒܥܪܒܝܬ *contumaciter, contentioſe*, (a ܥܪܒܐ *contentio, lis, contumacia*) cum puncto inferno, quaſi Polycarpus in ſuo Græco legiſſet ἐριδιδασκαλεῖν, pro ἑτεροδιδασκαλεῖν. Sed cum in cap. vi. 3. idem Græcum auctor reddiderit per ܐܚܪܢܝܬ ܦܠܓܐ *aliter docet*, hic quoque imprimendum curavi ܐܚܪܢܝܬ pro ܒܥܪܒܝܬ.

## CAP. II.

10. ܕܡܫܬܒܚܝܢ ܐܠܗܐ ܒܛܝܒܘܬܐ profitentes pietatem] Græci omnes habent θεοσέβειαν; et mirum mihi videtur, Polycarpum in hac voce vertenda ܛܝܒܘܬܐ *bene* uſurpaſſe; quaſi in ſuo Græco legiſſet εὐσέβειαν pro θεοσέβειαν. ܛܝܒܘܬܐ et ܛܒ Græco εὖ ſemper reſpondent; et eodem modo reddidit Noſter εὐσεβείας in cap. iii. 16. Num exiſtimandum eſt, Polycarpum vel hoc verſiculo εὐσέβειαν legiſſe, vel θεοσεβείας in cap. iii. 16? His tantum in locis vox ܐܠܗܐ *Deus* in Gr. vertendo uſurpatur; in aliis locis ܕܐܠܗܐ ܛܒ reſpondet nomini εὐσέβεια, ܕܐܠܗ ܛܒ verbo εὐσεβέω. Εὐσεβεῖν quidem in cap.

v. 4. vertit auctor ﻝﻪﺎﻠﺍ ÷ ﻪﻴﺳﺮﺑ ﻪﻴﺼﻌ. At vocem ﻪﻠﺍ *Deum* Obelo notavit Criticus tanquam redundantem, neque reperiendam in Græcis.

## CAP. III.

3. ﻞﻴﺠﻨﺑ ﻝ non percuſſor] In margine exarantur voces ﻞﻴﺠﻨﺑ ﻪﻠﺼﺎﻣ, quæ reſpondent, ait Wetſtenius, Gr. *αἰσχροκερδῆ*. Quam vocem ne ſemel quidem auctor reddidit per voces marginales. In 1 Tim. iii. 8.—Tit. i. 7. *αἰσχροκερδῆ* Syriace tranſtulit ﻲﻌﻴﺒ ﻞﻴﺼﻟ—et in Tit. i. 11. *αἰσχρᾶ κέρδους* ﻪﻴﺼﻌ ﻞﻴﺼﻟ—*αἰσχρολογίαν* in Coloſſ. iii. 8. vertit ﻪﻴﺼﻌ ﻪﻠﻴﺼﻣ, in quibus locis ﻪﻴﺼﻌ et ﻪﻴﺼﻌ reſpondent vocabulo *αἰσχρός*: unde manifeſtiſſimum eſt, marginem noſtrum non habere *αἰσχροκερδῆ*, ut monet Wetſtenius. Poſtquam omnia loca, ubi voces marginales occurrunt, ſtudioſiſſime perlegiſſem, inveni vocem ﻞﻴﺠﻨﺑ ſemper uſurpari pro *ὑβριστὴς*—in Rom. i. 30.—1. Tim. i. 13.—et ﻪﻠﺼﺎﻣ pro *πλεονέκτης*, in 1 Cor. v. 10, 11. vi. 10. et in Epheſ. v. 5.—Subſtantivum quoque *πλεονεξία* reddidit auctor per ﻪﻠﺼﺎﻣ, in Marc. vii. 22. Epheſ. iv. 19. v. 3. Coloſſ. iii. 5.—et verbum *πλεονεκτέω* per ﻞﺼﺎﻣ. Vox textualis ﻞﻴﺠﻨﺑ hic et in Tit. i. 7. Græco *πλήκτης* reſpondet. Unde probabile mihi videtur, voces marginales varias eſſe lectiones quas Criticus in Græcis invenit; unus codex forſan *ὑβριστὴν*, ﻞﻴﺠﻨﺑ, alter *πλεονέκτην* ﻪﻠﺼﺎﻣ habebat; quarum vel hanc vel illam, pro verbo textuali ſubſtituendam eſſe arbitratus eſt. Si ea fuiſſet mente, adjiciendam eſſe inſuper textui, qui nunc eſt, lectionum marginalium vel alterutram, vel utraſque, in margine exarare debuit ﻻ *non*.

6. In hoc et proxime ſequenti verſiculo vox ﻪﻨﻴﻌﻤ *Diabolus* uſurpatur, quæ pro Polycarpiana vertendi ratione minime uſitata eſt; occurrit tamen in 2 Tim. ii. 26. Heb. ii. 14.

16. ܕ ܐܬܓܠܝ quod manifeſtatum eſt] Vox marginalis ܕ *qui* controverſiam de genuina hujus loci lectione minime dirimet; nam ܪܙܐ *myſterium* eſt maſc. gen. et ܕ æque reſpondet relativo Græco ὃ vel ὅς, quia Syri neutrale genus non habent. Wetſtenius contendit ܕ hic ſtare pro ὅς, cui haud aſſentior. Veriſimile mihi videtur Criticum nihil aliud per lectionem marginalem intendiſſe, quam ut textum corrigeret, ſcribendo ܕ ante ܐ, et legendo ܕ ܐܬܓܠܝ ܕ. Verſio Syra prior habet tantum ܕ ܐܬܓܠܝ, at in noſtra vox ܕ ante ܐ uſitatior eſt; et reddi poteſt vel *quod manifeſtatum eſt* vel *qui manifeſtatus eſt*. Cum vero nomen maſc. generis in ſententia non præcedat, vocabulo *qui* in textu non ſum uſus.

## CAP. V.

5. ܘܩܝܡ ܒܨܠܘܬܐ ܘܒܥܐ et permanet in obſecrationibus] Poſt ܒܨܠܘܬܐ MStus habet verbum ܘܩܝܡ *et perſeverat*, quod, nil dubito, e Verſione Syra priori in textum irrepſit. In omnibus fere locis, Act. ii. 23. ſolum excepto, ubicunque vox προσμένω occurrit, vertit eam Polycarpus per ܨܒ aut ܒܨܒ: ergo vocem ܘܩܝܡ delevi utpote omnino redundantem.

## CAP. VI.

4. ܡܫܚܝܢܬܐ ſuſpiciones] Vid. Not. in Luc. vi. 34. ubi lexica MSta Bodleiana diſcrimen faciunt inter voces ܡܫܚܝܢܬܐ et ܡܫܚܝܬܐ.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD TIMOTHEUM SECUNDAM.

## CAP. I.

3. ܕܠܐ ܒܦܣܩܐ ܒܟ ܕܐ ܒܬܪ ܕܠܐ ܕܠܥܠܡ quod ſine intermiſſione habeam memoriam perpetuam] Bis in hoc verſiculo ſcriba erraviſſe mihi videtur. Primo, vocem ܒܬܪ tranſpoſuit. Græci habent vocabula hæc ὡς ἀδιάλειπτον, quæ hunc ordinem poſtulant—ܕܠܥܠܡ ܕܠܐ ܒܦܣܩܐ *ut ſine intermiſſione*; et ita ſe habent in Rom. i. 9. itaque vocem ܒܬܪ tranſponendam eſſe cenſeo. Secundo, vox ܕܒܬܪ *perpetuam* poſt præcedentia ܕܠܥܠܡ omnino ſupervacanea eſt, neque ei vel codices Græci vel verſiones patrocinantur. Adverbium quidem ܒܠܝܬܐ, Græce ἀδιαλείπτως, reperitur in 1 Theſſ. i. 3. ii. 13. v. 17. et forſan hic quoque putavit auctor aut ſcriba vocem hanc ܒܬܪ reſpondere huic voci, ἀδιάλειπτον. Si ita ſe res habeat, legendum arbitror ܒܬܪ ܕܠܐ ܒܦܣܩܐ loco ܒܬܪ ܕܠܐ ܕܠܥܠܡ. Una vel altera vox, ܕܠܥܠܡ aut ܒܦܣܩܐ certe delenda eſt.

5. ܒܟ [ܕ]ܐ ܒܐܪܚܟ ܕܐ primum in avia tua] Deeſt ܕܐ in MSto: vocem neceſſariam reſtitui; et ita ſe habet verſio Syra prior.

7. ܘܬܪܝܬܘ et ſobrietatis] MStus habet vocem ܬܪܝܬܘ *repre-henſio, increpatio*, quæ loco prorſus incongrua eſt. Scriba mendoſe exaravit, ni fallor, ſecundam literam ܘ pro ܒ. Vox ܬܪܝܒܘ apud Caſtellum transfertur per vocem *ſtabilimentum*, quæ cum loco melius quadrat, et ita imprimendum curavi.

18. ܐܢܬ ܝܕܥ ܐܢܬ ܐܝܟ ܗܘ melius tu noſti] Vocem ܐܝܟ ܗܘ *melius*, in textu ſcriba omiſit, et in margine exaravit; in textu eam repoſui, ſenſu flagitante, et codicibus Græcis et verſionibus annuentibus.

## CAP. II.

15. [ܠܟ] ܐܢܬ ܕܬܩܦܨܗ ſiſtere teipſum] Polycarpiana vertendi ratio requirit ut vox ܠܟ inferatur poſt ܐܢܬ ܠܟ ܐܢܬ. Græco σεαυτὸν, vel voci ܓܘܦܟ in verſione Syra priori ſemper reſpondet; itaque in textu ܠܟ inſerui.

26. ܒܥܝ ܘܢܚܝ vivi capiuntur] His vocibus κατὰ πόδα reddidit Polycarpus Gr. ἐζωγρημένοι.

## CAP. III.

6. ܒܚܛܝܐ ܣܓܝܐ peccatis multis] Nihil admonuit Wetſtenius MStum habere ܣܓܝܐ *multis*; cui voci nec Græci codd. nec verſiones adſtipulantur. Errat quoque vir eruditus, quum vocem hanc ܣܓܝܐ eſſe in margine affirmavit; in textu eſt plana et perſpicua, tam hic quam in Tit. iii. 3.

11. ܕܪܕܦܢܐ perſecutionem] In MSto et verſione Syra priori vox eſt in ſingulari numero, in Græcis autem in plurali.

Ibid. ܡܢ ܟܠܗܘܢ [o]—[*et*] ex omnibus] Deeſt ܘ *et* in MSto, at inſerui, cum ſententia ita flagitet, et Græci quoque eam vocem habeant.

## CAP. IV.

13. ܒܦܪܟܐ Penulam] Neſcio quid ſibi velit Criticus per Notam marginalem ܢܡܘܣܐ ܕܝܗܘܕܝܐ *Legis volumen Judaicum*, niſi forſan id referri debeat ad ſequentem vocem *Librum*: ſed omnes Codices Græci et Verſiones legunt in plurali τὰ βιβλία.

# NOTÆ
IN
# EPISTOLAM AD TITUM.

## CAP. II.

2. ܒܬܘܠܐ ܕܪܚܝܩܝܢ ܒܪܘܚܐ ]ܒ[ [*ut*] vigilantes mente ſint] Literam ܒ voci huic ܒܬܘܠܐ præfixam ſupplevi, linguæ idiomate ad Gr. infinitivum exprimendum ita exigente.

7. ]ܠܐܕܥܒܕܐ ad incorruptibilitatem] Litera ܕ particulæ ]ܠ præfixa redundat.

## CAP. III.

5. ]ܒܚܕܬܐ et ‡per renovationem] Vox ܚܕ ſolum Obelo notata eſt, non vero tota clauſula, ut affirmavit Wetſtenius.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

6. Vocem ܝܫܘܥ *Jeſum* contendit Wetſtenius eſſe in margine, cum in textu legatur.

18. ܚܣܪ injuria affecit] Poſt verbum ܚܣܪ, ἠδίκησε, plurimi Græci codices habent σέ: deeſt vero in MSto. Ita quoque ſe habent codd. 17. 30. 31.—et Wetſtenio excidit, cod. noſtrum cum iis convenire.

25. Non obſervavit Wetſtenius noſtram hujus Epiſtolæ epigraphum convenire cum codd. Steph. 31. 39. 48.

# NOTÆ

IN

# EPISTOLAM AD HEBRÆOS.

## CAP. I.

7. ܘܠܐ et ad] In MSto litera ܠ deſideratur, at eam ſupplevi, quoniam eſt omnino neceſſaria.

9. ܡܫܚܟ [ܥܠ] ܡܫܚܟ propterea unxit] Vocem ܥܠ, quam in textu ſcriba omiſit, reſtitui; nam ita Auctor reddere ſolet Græca vocabula *διὰ τοῦτο*. Vid. cap. ii. 1.

## CAP. II.

1. ܠܡܫܡܥ ܠܡܬܝܬܪ[ܐ] abundantius attendere] Literam ܐ voci ܠܡܬܝܬܪ præfixi, nam cum futuro verbi neceſſaria eſt ad Gr. infinitivum exprimendum: correctionem tuetur et Verſio Syra prior.

3. ܐܬܬܩܝܡ confirmata eſt] In MSto verbum mendoſe exaratur in plurali numero; pronomen ܗܢܘ ſit ſingulare, ergo ο plurale delevi, annuentibus codd. Græcis.

8. ܠܐ ܡܛ ÷ ܡܕܡ ܐ quod ſubjecit ÷ei↙] Nihil habet Wetſtenius de voce Obelo notata: quam vocem tamen omnes tam Græci codd. quam Verſiones agnoſcunt.

10. ܠܐ ܕܐ ÷—÷ut illum↙] Vox ܕܐ recte Obelo notata eſt ut ſuperflua, nam ܕܥܠܘܗܝ *propter quem* Græcis voca-

bulis δι' ὃν aptiſſime reſpondet: at de hac lectione verbum non habet Wetſtenius.

## CAP. III.

10. [ܝܬ̈ܝ] ܐܘܪܚ̈ܬ̈ vias [*meas*] Deeſt ܝܬ̈ܝ in MSto, at ſupplevi pronomen, ſententia poſtulante.

16. ܟܠܗܘܢ [ܠܐ] ܠܐ ſed [*non*] omnes] ܠܐ *non* in MSto deſideratur: ſupplevi particulam negativam, omnino neceſſariam.

17. ܦ̈ܓ̈ܪ̈ܐ cadavera] Vox eſt Gr. πτῶμα Syris accommodata.

## CAP. IV.

2. ܥܡ cum] MStus habet ܥܡ pro ܥܡ, et ita ſæpe. Vid. Not. in 2 Cor. viii. 17.

7. Hic erravit Wetſtenius, in eo quod marginem dixit habere καθὼς εἴρηται pro καθὼς προείρηται. In margine nihil quidem annotatur.

12. ܚܝ ܗܘ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܦ̈ܥ̈ܠ vivus eſt enim ſermo] Notandum eſt, vocem ܡܠܬܐ *ſermo* eſſe fœm. generis, quæ poſtulat ܦ̈ܥ̈ܠ pro ܦ̈ܥ̈ܠ, et Verſio Syra prior habet fœm. ܦ̈ܥ̈ܠ poſt ܚܝ. Fœminino genere et ipſe Noſter uſus eſt cap. v. 11. ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܦ̈ܥ̈ܠ ܒܝ ܘܦ̈ܥ̈ܠ ܗ̈ܝ ܠܢ. At textum non correxi, cum iterum maſc. genus uſurpari viderim 1 Pet. i. 25. Et ea fuit, ni fallor, Polycarpi religio, ut diſcrimen ponere vellet inter ܡܠܬܐ *ſermo*, *loquela*, et ܡܠܬܐ *Verbum Dei*, nempe *Chriſtum*; qui hic et in 1 Pet. i. 25. intelligendus eſt. Hanc ob cauſam, ut arbitror, bis Grammaticæ leges violavit Polycarpus in 1 Joh. i. 2. ubi nominativus pluralis habet verbum ſingulare, ܚ̈ܝ ܗ̈ܘ ܕ̈ܝ, et adjectivum ſingulare jungitur cum ſubſtantivo plurali; et monet auctor, aut criticus aliquis in margine, vocem ܚ̈ܝ, etſi pluralis ſit, ſignificationem ſingularem habere, præſertim hoc loco ubi *unigenitus Filius intelligendus eſt*. Eadem de cauſa, uti vide-

tur, hic et in 1 Pet. i. 25. Interpres legitimam verborum conſtructionem ſciens prudenſque violavit.

13. ]ܦܬܝܚܬ ܒܟܬܦܐ[ Ad verbum, *patefacta cervice*. Nimirum κατὰ πόδα reddidit auctor Græcam vocem τετραχηλισμένα.

14. [ܕܥܒܪ] ܪܒܐ ܟܗܢܐ ܕ Pontificem magnum [*qui penetravit*] Poſt ܪܒܐ *magnum* MStus habet ܠܗܘܢ *eos*, quod quum loco plane incongruum ſit, delevi: at verbum ܥܒܪ *qui penetravit*, quod in textu ſcriba omiſit, reſtitui, ſenſu flagitante: quo verbo aliis in locis ipſe auctor uſus eſt ad Gr. exprimendum.

## CAP. V.

2. ]ܡܬܚܙܩ ܒܪܘܚܐ ܕܡܫܝܟܐ ܕ Potens pati manſueto *ſpiritu*] ]ܡܬܚܙܩ in MSto habet puncta pluralia: at vox ea meo judicio prorſus redundat. Græc. μεριοπαθεῖν δυνάμενος. Forſan pro ]ܡܬܚܙܩ exarare voluit ſcriba ]ܡܫܘܚܬܐ *menſura*, quæ vox Græcæ voci μέτρον in compoſitione reſpondet.

4. ]ܠܐ [ܠܗ] ܐܝܬ ܠܐ Et non [*ſibi ipſi*] quiſquam] Poſt ܐܝܬ vocem ܠܗ inſerui, juxta Polycarpianam vertendi rationem, ad Græcam vocem ἑαυτῷ exprimendam.

## CAP. VI.

2. ]ܕܣܡܟܬܐ ܕܐܝܕܝ[ ]ܕ et impoſitionis manuum] Literam ܕ ſignum Gen. caſus, ſupplevi, verſione Syra priori annuente.

## CAP. VII.

3. ]ܕܐܡܐ ܠܐ ܝܘܚܣܢܐ ܠܐ ܐܒܐ ܠܐ ܕ ſine patre, ſine matre, non memoratus in generationibus] Hæ voces, quas in textu ſcriba omiſerat, in margine exarantur. In textum eas recepi, omnibus tam codd. Græcis quam verſionibus annuentibus.

14. ܒܝܕܐ ܡܝܬܐ] His vocibus aptiſſime auctor vertit Græcum vocabulum *πρόδηλον*.

20. ܐܝܟ ܕܐܦ et quatenus] Hæc vertendi ratio minime uſitata eſt. Græca vocabula *καὶ καθ' ὅσον*, in cap. iii. 3. reddidit auctor per ܐܦ, et in cap. ix. 17. per ܒܬܪ. Ἐφ' ὅσον ſemper vertit per ܐܦ. Itaque in textu legere velim ܐܦ pro ܐܝܟ ܕܐܦ.

Ibid. ܠܐ ܒܠ ܡܢ ܟܗܢܐ ܕܐܬܝܢ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܒܫܒܘܥܬܐ fine jurejurando fiebant, qui facti ſunt ſacerdotes] Ante ܒܠ ܡܢ *ſine* MStus habet ܐܝܟ *non*, at vitioſe, nil dubito; nam *non ſine jurejurando* idem valet quod *cum jurejurando* in commate ſequenti. Admonuit Wetſtenius codices D. E. 2. 21. cum noſtro concinere; at certe abſque *οὐ*: quod aliter eſſet mera atque inutilis repetitio. Si vero particula negativa ܠ retinenda ſit, voces ܗܠܝܢ ܐܦ ܠܐ ܒܫܒܘܥܬܐ ܡܢ ܟܗܢܐ *illi quidem igitur ſine jurejurando*, in textu haud dubie deſiderantur; et tota clauſula, ſecundum Græcos impreſſos, ſic Syriace ſe habebit.—.ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܐ ܒܫܒܘܥܬܐ ܡܢ ܟܗܢܐ ܕܐܬܝܢ ܠܗܘܢ ܕܠܐ [ܗܠܝܢ ܐܦ ܠܐ ܒܫܒܘܥܬܐ ܡܢ ܟܗܢܐ] ܗܘ ܕܐܬܝ .ܐܝܟ ܕܐܦ *Et quatenus non ſine jurejurando: [illi quidem ſine jurejurando] fiebant, qui facti ſunt ſacerdotes: Hic autem* &c. Notatu dignum arbitror, MS. punctum non habere poſt ܒܫܒܘܥܬܐ primum, qua de cauſa ܠ *non* in textu delevi, ut ſententia eſſet plana et perſpicua. Porro hæc lectio, *Et quatenus ſine jurejurando fiebant, qui facti ſunt ſacerdotes: Hic vero* &c. melius mihi placet, quam illa impreſſa et uſitata; ergo ita excudendum curavi.

28. [ܦܩܕ] ܠܐ ܡܢ ܕܝܢ ܐܢܫܐ ܢܨܒ ܠܗܘܢ Lex enim homines [*conſtituit*] Deeſt verbum ܦܩܕ in MSto, at ſupplevi illud, ſententia exigente, atque auctoritate nixus ipſius Polycarpi, qui variis in locis eodem verbo utitur ad exprimendam vocem Græcam *καθίστημι*. Vid. cap. viii. 3.

## CAP. IX.

3. ܐܦܘܕ ܠܙܚܐ velamentum] Vox ܠܙܚܐ in MSto repetitur; ſecundam, ut quæ ſit prorſus ſupervacanea, delevi.

13. ܕܡܐ ܕ ܐܢ Si enim ſanguis] Hic quoque ſcriba erravit nam eſt repetitio vocis ܕܡܐ. Iteratam expunxi.

17. ܠܐ ܡܬܬܩܝܡ ܠܐ nondum valet] Recte quidem admonuit Wetſtenius voces, quibus hic verſiculus incipit, in MSto deſiderari. Ita certe: eas igitur in textum recepi, utpote loco perneceſſarias. Græce διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία· ἐπεὶ &c, Syriace ܠܐ ܡܬܬܩܝܡ ܗܝ ܒܡܝܬܐ ܕܝܬܝܪܐ ܠܐ ܡܬܬܩܝܡ ܗܝ (ܠܐ ܡܬܬܩܝܡ ܗܝ) *Teſtamentum enim in mortuis confirmatur, alioquin* (*nondum valet*). Ante ܡܬܬܩܝܡ repetitur ܠܐ *non*, at redundat, ergo in textu vocem delevi.

19. ܠܩܚ ܕܡܐ ܕ ܥܓܠܐ accepit ſanguinem vitulorum] Nihil annotavit Wetſtenius de voce ܕܥܬܘܕܐ *hircorum*, quæ in MSto deſideratur. Abeſt quoque in cod. 46. Verſione Syra priori, et Arabica; ſed uſurpatur in ver. 12, 13. et cap. x. 4: et hic etiam, nil dubito, legenda eſt.

## CAP. X.

6. [ܚܛܝܬܐ] ܘܠܥܠ et pro [*peccato*]. MStus pro ܚܛܝܬܐ *peccatum* habet vocem ܐܠܗ *Deus*, quæ cum loco minime quadrat. Correxi, ſenſu flagitante. Literam ܕ voci ܠܥܠ præfixam redundare cenſeo.

19. [ܗܫܐ] ܕ ܐܝܬ ܠܢ ܕ quum habemus [*igitur*]. Deeſt ܗܫܐ *igitur* in MSto, at omnes codd. Græci et verſiones vocem habent, ergo in textum eam recepi.

36. ܠܡܩܒܠ ܓܒܪ ܓܒܪ ܕܥܕܬܐ accipiatis *ſinguli* promiſſionem] Voci ܓܒܪ *ſinguli* nec Græci codd. nec verſiones favent; itaque

eam in Latina interpretatione non reddidi, et loco minime congrua eſt.

## CAP. XI.

7. ܠܡܨܥ [ܒܐ] ܒܠ ܕ timens, [*aptavit*] arcam] In MSto abeſt verbum ܒܐ, at in textu illud reſtitui, ſenſu exigente; quo verbo in hac Epiſtola uſus eſt Polycarpus ad Græcam vocem *κατασκευάζω* exprimendam.

8. ܠܡܐ ܕܐ [ܕܐ ܐ] ܠܡܐ in locum quem [*futurus*] erat accipere] Voces ܕܐ ܐ, quæ in MSto deſiderantur, in textu reſtitui, fide verſionis Syræ prioris: Gr. ὃν ἤμελλε.

11. ܕ ܒܐ ܐ ut pareret filium] Nil annotavit Wetſtenius de hac lectione, cui favet cod. 37. et forſan codd. D. E.

16. ܐ quapropter] In MSto vox repetitur, at ſecundam delevi.

Ibid. ܐ vocetur] Hoc verbum quod in MSto oculis acerrimis legi non poteſt, e Verſione Syra priori ſupplevi.

Ibid. [ܗ] paravit [*iis*] enim] Deeſt ܗ *iis* in MSto, at in textu vocabulum inſerui, ſententia ita exigente.

FINIS.

MVSEVM
BRITAN
NICVM